

LIBER
CATHECUMINI
FLORENTIE
S. A.












Ex Libris
PETRI GINORI CONTI

vedere "Liber cathecumini"


19


G. Conti 19

















In hoc parũo libello q̃ui intitũla
tur liber cathecũmini: quedaz
valde ꝑutilia impressa sunt
ad usum utilitatẽq3 sacer
dotũ secundũ ritũ Ro
mane curie: que hic
in pꝛicipio huius
tabule facile re
peries







Tabula declarās per ordinem ea que cōtinētur in hoc uolumine: ad iuncto numero chartarum.

Incipit ordo ad faciendũ baptismum secundũ curiã romanã.




Um venerit infans ante ianuas ecclesie: sacerdos iterroget de nomine infantis: et faciat eum tenere brachio dextro: et dicat. Joannes: vel petre: vel maria: quid petis ab ecclesia dei? ℟. Fidem. ℣. Fides quid tibi prestat? ℟. Vitam eternam. Et sacerdos dicat. Hec est vita eterna: Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo: ex tota mẽte tua: et proximũ tuũ sicut teipsũ. Hoc est primũ et maximũ mãdatũ. Postea insufflet ter in faciem eius et dicat. Exi ab eo vel ab ea imũde spũs: et da locum spiritui sancto paraclito. Et dicat tribus vicibus. Deinde faciat crucẽ in fronte ipsius infantis nominando ipsum et dicat. N. Accipe signaculum dei patris

omnipotentis tam in fronte q̃ in corde: vt precepta mandatorum suorum valeas adimplere. Tunc exalet calido flatu ter in faciez eius et dicat. Insufflo te cathecumine denuo spiritus sancti: ut quicquid in te vitij malorum est spirituum inuasione: per huius exorcismi mysterij gratiam sit tibi ipsa virtus purgatio. Oratio:

PReces nostras quesum⁹ dñe clementer exaudi: ut electum tuũ vel electã tuã crucis dominice cuius impressione eum vel eam signa ✠ mus virtute custodi: ut magnitudinis glorie erudimenta seruans: p custodiã mãdatorũ tuoruz ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per christuz dominum nostrum. ℟. Amen. Tunc sacerdos accipiat salez ⁊ ponat i ore infantis dicens: inuocato nomine eius.

Accipe sal sapiẽtie:quod pro
pitiet̃ tibi in uitã eternaz. ℟.
Amen. Oratio post datum sal.

Deus patrũ nostrorum:deus
uniuerse conditor ueritatis:
te supplices exoramus:ut hunc fa
mulum tuum vel hanc famulam
tuã respicere digneris propitiꝰ:ut
hoc primuz pabulũ salis gustantẽ
nõ diutius esurire permittas:quo
minus cibo expleatur celesti:qua-
tenus sit semꝑ domine spiritu fer-
uens:spe gaudens:et tuo nomini
semper seruiens:⁊ perduc eum ad
noue regenerationis lauacrum:ut
cum fidelibus tuis promissionum
tuarum eterna premia cõsequi me
reatur. Per christum dominuz no
strũ. ℟. Amen. Deinde dicat euan
gelium. Dominus uobiscum. ℟.
Et cum spiritu tuo. Sequentia san
cti euangelij secundũ Mattheum.
℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Oblati sunt parvuli ad iesuz: vt manꝰ eis imponeret ⁊ oraret. Discipuli aūt icrepabāt eū. Jesus uero ait. Sinite paruulos ⁊ nolite eos prohibere uenire ad me: talium est enim regnuz celorū. Et cū hoc dixisset, imposuit eis manꝰ ⁊ abijt inde. Tūc introducat eū i ecclesia ⁊ dicat Petre vel maria Intra i cōspectu dn̄i per manum sacerdotis: vt habeas uitam eternā. ℟. Amen. Et dicant Pater nr̄ ⁊ Credo i deū: Et ponāt infantez in pauimento: ⁊ expolient eum clamide qua reuoluitur; ⁊ sic defertur ad fontez: et dicto Credo et Pater nr̄. sacerdos tāgat aures ⁊ nares eius cū sputo dicens. Effeta qd̄ est adaperire aures ⁊ nares i odorem suauitatis. Tu aūt effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. Et dicat ei inuocato nomīe eiꝰ N. Abrenūtias sathane?

Respondeat . Ab renũtio . Jteruz.
Et omnibꝰ opibus eius. ℟ . Ab re
nunctio. Jterũ. Et oĩbus po mpis
eius. ℟ . Ab renũctio. Deinde tan
gat ei pectꝰ et iter scapulas de oleo
scõ crucẽ faciẽdo cũ pollice ꝛ dicat
Ego te lineo pectꝰ et scapulas oleo
salutis in christo Jesu dom ino no
stro vt habeas uitam eternaz. Te
nentes infantem ꝛ eum aquo susci
piẽdus est interroget sacerdos ita.
Quo nomine ũocaris. ℟. Johan-
nes vel Maria. Jteruz in uochato
nomine. Deus omnipotens pater
domini nostri iesu christi. qui te re-
generauit exaqua et spiritu sancto
quiqꝫ dedit tibi remissionem omni
um peccatorũ ipse te lineat crisma
te salutis inuitaz eternaz. amen.
Deinde sacerdos accipiat linteum
et ponat incapite infantis et dicat
hanc orationem.

redis i deũ patrẽ oĩpotẽtẽ crẽato
rez celi ⁊ terre. Credo. redis ⁊
i iesuz xp̃z filiũ eiꝰ unicũ dñz nr̃z na
tũ ⁊ passuz credo. redis ⁊ ĩspi
ritũ sãctũ sãctã ecclesiã catholicã sã
ctoꝝ comunionẽ carnis resurrectio
nẽ ⁊ uitã eternã ℞ credo.

Petre vel maria: uis baptizari
volo.

Ego te
baptizo i nomine p̃ris.
Et filij.
Et spiritꝰ sãcti.

DEꝰ oĩpotẽs pater dñi nr̃i Je
su xp̃i: q te regenerauit ex aq̃
⁊ spiritu scõ quiqz dedit tibi remis
sionẽ oĩuz peccatoruz ipse te lineat
crismate salutis i uitã eternã. Amẽ.

A Ccipe uestez cādidā scā ꝛ immaculatā quaz tu secur⁹ pferas ante tribunal xpi: vt habeas uitā eternā Amē

Dn̄s uobiscū. Et cū spiritu tuo.

Gloꝛia tibi dn̄e

N illo tempoꝛe: respōdēs un⁹ de turba: dixit ad Jesuz. Magister attulit filium meuz ad te habentem spiritum mutum qui ubicunqꝫ eum apꝛehendit: allidit eum ꝛ spumat: ꝛ stridet dentibus: ꝛ arescit: et dixi discipulis tuis ut eicerint eum ꝛ non potuerunt. Qui respondens dixit eis. O generatio incredula quādiu apud uos ero quā diu uos patiar: afferte illum ad me ꝛ attulerunt eum: ꝛ cuz uidisset eū Statim spiritus conturbauit illū: et elisus interra uolutabatur spu

mans et interrogauit patrem eius
quantũ temporis est exquo ei hoc
accidit: at ille ait: ab infantia: et fre
quenter eum inignem et in aquam
misit ut euz perderet: sed siquid po
tes adiuua nos misertus nostri: Je
sus autem ait illi: si potes credere:
omnia possibilia sunt credenti. Et
continuo exclamãs pater pueri cũ
lacrimis aiebat. Credo dñe adiuua
incredulitatem meaz. Et cum uide
ret Jesus concurrentem turbaz: co
minatus est spiritu immundo dicẽs
illi. Surde ⁊ immũde spiritus: ego
tibi precipio exi abeo: ⁊ amplius
non introeas in eum: ⁊ exclamans
multum discerpes eum exijt abeo
et factus ẽ sicut mortu⁹ ita vt mul
ti dicerẽt quia mortuus est. Jesus
autem tenens manum eius eleua
uit eum et surrexit et cuz introisset
indomuz: discipuli eius interroga
bant eum quare nõ potuimus eice

re illum / ⁊ dixit illis hoc genus de
monioruz in nullo potest exire nisi
in oratione et ieiunio. ℟. Deo gra
tias. ℣. Dominus uobis cum. ℟.
Et cū spiritu tuo. Oremus. oro.

OMnipotens sempiterne deus
qui huius diei uenerandā san
ctamqꝫ letitiā in beati apostoli tui
Bartolomei conmemoratione tri-
buisti: da ecclesie tue quesumus et
amare quod credidit et predicare
quod docuit. Per christum domi-
num nostrum. Amnen.

Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis in no
✠ mine dei patris oipoten-
tis et in caritate ✠ dñi nostri iesu
christi ⁊ in uirtute ✠ spiritus san
cti. Exorcizo te per deum ui ✠ uuz
per deum ue ✠ rum qui te ad tute
laz humanis generis creauit ⁊ po
pulo uenienti ad credulitatem per
seruos suos cōsecrare precepit ut

inomine sācte trinitatis ⁊ efficiaris salutare sacramētuz ad effugādūz inimicuz proinde rogamus te dn̄e deus noster vt hanc creaturā salis sancti ✠ ficādo: sancti ✠ fices: bene ✠ dicendo: bn̄ ✠ dicas: vt fiat omnib⁹ accipiētibus perfecta medicina permanens inuiceribus eorum: in nomine dn̄i nr̄i iesu christi qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos ⁊ seculum per ignez.

Adiutoriuz nostruz i nomine do dn̄i. Qui fecit celuz ⁊ terra.

E Xorcizo te creatura salis per deū uiuū ✠ ꝑ deuz ueruz ✠ ꝑ deuz ✠ sanctū ꝑ dūz qui ꝑ eliseū prophetā i aquaz micti iuxit vt sanaretur sterilitas aq3 vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium ut sis omnibus te sūmentib⁹

sanitas aīe et corporis: et effugiat
atqꝫ discedat abeo loco inquo asꝑ
sum fueris omnis fantasia ⁊ nequi
tia vel uersutie diabolice fraudis
omnisqꝫ spirit⁹ īmund⁹: adiuratus
ꝑ euꝫ q̄ uēturus est iudicare uiuos
⁊ mortuos ⁊ seculū ꝑignez. Amen.

IAmensaz clemētiā tuā omni
potens eterne de⁹ humiliter
imploramus vt hanc creaturaz sa
lis quam i usu generis humani tri
buisti benedicere ✠ et sancti ✠ fi
care digneris: vt sit omnibus sum
mentibus sanitas anime et corpo
ris: vt quicquid ex eo tactuz uel asꝑ
sum fuerit careat omni imunditia:
omni que impugnationez spiritua
lis nequitie. per dn̄m nr̄m iesum.

EXorcizo te creatura aqꝫ i no
mine ✠ dei pr̄is oīpotētis: ⁊ i
nomine Jesu ✠ xp̄i filij ei⁹ dn̄i nr̄i

et inirtute ✠ .spiritu sācti: vt fias
aqua exorcizata ad effugandaȝ oēȝ
potestatē inimici et ipsuȝ inimicuȝ
eradicare ⁊ explātare ualeas cū an
gelis suis apostaticis ꝑ uirtutē do
mini nostri iesu xp̄i q̄ uēturus ē iu
dicare uiuos ⁊ mortuos et seculuȝ
per igneȝ. Deinde sequitur oratio
DEus q̄ ad salutē humani ge
neris maximaȝ queq; sacra
mēta in aquarꝫ substātia cōdidisti:
adesto ꝓpiti⁹ inuocationib⁹ nostris
et elemēto huic multi modis puri
ficationib⁹ preparato uirtuteȝ tue
bene ✠ dictionis īfunde: vt crea
tura tua misterijs tuis tibi seruiēs
ad abiciēdos demones morbos q̄
pellēdos diuine grē sumat effectū
vt quicq̄d īdomibus uel in locis fi
deliū hec unda respsit careat omni
inmūditia: liberet̄ anoxa nō illic re
sideat spirit⁹ pestilēs non aura cor
rumpens: discedant omnes insidie

latentis inimici: ⁊ si quid est quod
aut incolumitati habitātiū inuidet
aut qeti aspsione huius aque effu
giat: ut salubritas p inuocationez
tui sancti nois expetita, ab omnib⁹
sit impugnationibus dfensa. Per.
Hic mittat sal in aquaz in modum
crucis ter dicendo. Cōmixtio salis
⁊ aque pariter fiat in nomie ✠ pa
tris ⁊ filij ✠ ⁊ spi ✠ tus sancti. ℟.
Amen. Deinde dicat sacerdos. ℣.
Dn̄s uobiscum. ℟. Et cū spū tuo.
DEus inuicte uirtutis auctor
⁊ insuperabilis imperij rex
ac semp magnificus triumphator
qui aduerse dominatiōis uires re-
primis: qui inimici rugientis seui-
tiaz supas: q hostiles nequitias po
tēter expugnas: te dn̄e trementes
⁊ supplices dep̄camur ac petimus
ut hāc creaturā salis ⁊ aque dignā-
ter aspicias: benign⁹ illustres: pie-
tatis tue more sancti ✠ fices: ut

ubicūq3 fuerit aspersa p̄ inuocatio
nez tui sancti nomis oīs infestatio
imundi spūs abijciat: terror q3 ue-
nenosi ✠ serpētis procul pellat: et
presentia sancti spūs nobis miseri-
cordiā tuā poscentib⁹ ubiq3 adesse
digneť Per dn̄z. Deinde diciť an̄.
Aspges me dn̄e hysopo ⁊ munda.
ps Miserere. ℣. Gloria pr̄i. An̄.
Aspges. Postea uadat sacerdos
ante grad⁹ maioris altaris eccl'ie ⁊
dicat. ℣. Ostēde nobis dn̄e miseri
cordiam tuā. ℟. Et salutare tuuz
da nobis. ℣. Dn̄e exaudi orōnem
meaz. ℟. Et clamor me⁹. ℣. Dn̄s
uobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Orō.
EXaudi nos dn̄e sancte pater
omnipotēs eterne de⁹: ⁊ mit
tere digneris scūz angelū tuū d̄ ce-
lis: qui nos foueat: ptegat: uisitet:
atq3 defendat oēs habitātes i hoc
habitaculo. Per xpūz dn̄z nostrū.
A festo resurrectionis dn̄i usq3 ad

8

pẽtḣ.loco añt. Asperges dicit añ.
Vidi aquaꝫ egredienteꝫ de tẽplo a
latere dextro alleluia: ⁊ omnes ad
quos ꝑuenit aqua ista / salui facti
sũt: ⁊ dicẽt alleluia alleluia alleluia
ps. Confitemini dño qm̃ bonꝰ: qm̃
in seculũ misericordia eiꝰ. ℣. Glo
ria patri. Et repetit añ. Vidi aquã
℣. ⁊ oratio ut supra.

Ordo ad cõmunicandũ infirmũ:
Cum peruentum fuerit ad locum
ubi iacet infirmꝰ: sacerdos intrans
domũ dicat. Pax huic domui. ℟.
Et omnibꝰ habitantibꝰ i ea. Dein
de sacerdos ad egrotum accedat: ⁊
in modũ crucis aspergat euꝫ aqua
benedicta: deinde domum dicẽdo
añt. Asperges. ps. Miserere mei.
℣. Gloria patri et. Sicut erat. Et
repetit antiphona. Asperges me.
Deinde infirmus immediate ado
ret et deosculetur crucem: et dicat.
Confiteor deo omnipotẽti beate.

Facta ɔfessione sacerdos dicat hāc
orationem absolute: Oratio:

Dominꝰ iesus christꝰ qui di-
xit discipulis suis: quecunqꝫ
ligaueritis super terraꝫ: erunt liga
ta ⁊ in celis: ⁊ quecunqꝫ solueritis
super terrā: erunt soluta ⁊ in celis:
de quorꝫ numero q̄uis indignos
nos esse uoluit: ipse te absoluat ꝑ
mysteriuꝫ nostrū ab omnibꝰ pecca
tis tuis: quecūqꝫ cogitatione: locu
tione: oꝑatione negligēter egisti: ⁊
a nexibus peccatorum absolutum
perducere dignet̃ ad regna celoꝝ:
Qui cū patre ⁊ spiritu sancto uiuit
⁊ regnat i secula seculoꝝ. ℞. Amē.

Postea sacerdos eleuet corpꝰ dn̄i
de calice: ⁊ infirmꝰ adorans dicat.

Dn̄e nō sum dignūs ut intres sub
tectū meū: sꝫ tātū dic uerbo ⁊ sana
bit̃ anima mea. Deinde sacerdos
tradat infirmo eucharistiaꝫ dicēs.

Accipe frater uiaticū corporis dn̄i

nostri iesu christi q te custodiat ab hoste maligno et per ducat te ad uitam etternam. Amen

Postea lauet sibi digitos sup calicez cũ uino ꝛ aqua ꝛ ꝓpinet ĩfirmo nihil dicẽs: post comuniõe uero dicat sacerdos. ℣ Dñs uo. ℟ Et cũ

Domine sancte pater oĩpotẽs eterne deꝰ te fideliter deprecamur: ut accipiẽti fratri nr̃o sacro sãctuz corpus domini nostri Jesu christi filij tui taz corporis quã anime prosit ad remediuz sempiternũ per eundem christuz dominũ nostr.

His pactis reuertũtur ad eclesiaz dicẽdo. psalmus. Miserere mei.

Ordo adũgenduz ĩfirmuz ĩprimis accipiat sacerdos oleũ sãctũ deinde ordiate ꝓcedat cũ psalmꝰ. Miserere ut dictum est supra incomunione.

Cũ aũt ꝑuẽtũ fuerit ad locuz ubi iacet infirmꝰ sacerdos itrans dicat. ℣ pax huic domui. ℟ ꝛ omnibꝰ habi

tantibus in ea. Deinde stans ante egrotū dicat. ℣ Adiutoriū nostruz
℟ Qui fecit. ℣ Dominus uobicū.

Introeat domine iesu christe domū hanc sub nostre humilitatis egressum eterna felicitas: diuina prosperitas: serena letitia: caritas fructuosa: sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonuz: ad sint angeli pacis domū que hāc deserat effugata discordia: magnifica dn̄e sup̄ nos nomen sanctū tuū ⁊ bn̄ ✠ dic nr̄e conuersationi: sanctifica nr̄e humilitatis igressuz q̄ sāctus ⁊ pius es et permanes cū patre ⁊ spiritu scō in se. Alia orō.

Oremus et dprecemur dominuz nostrū Jesum christū uti benedicēdo bn̄ ✠ dicat hoc tabernaculū custodire dignet̄. Qui cum patre ⁊ spiritu sācto uiuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amnen.

Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos dñe sancte pater oīpotēs eterne deus et mittere digneris sāctuꝫ angelū tuū de celis q custodiat foueat protegat uisitet atqꝫ defendat omnes habitātes in hoc habitaculo. Per christum.

Deinde imodum crucis aspergat egrotuꝫ aqua benedicta postea domum dicendo. Añt. Asperges me. Ut supra dictis inmediate faciat egrotus confiessonem et dicat. Confiteor deo. Quo finito omnes sacerdotes astātes simul euꝫ absoluant ꝛ postea clerici abstantes dicant legendo septem psalmos penitentiales cum letanijs. Letanie bereue.

Kirieleison. Christe leison.
Scā maria ora p eo. pfemina dr pea
Oēs sci āgeli. ora p eo.
Ois chorus iustoꝝ ora pro eo.
Scē habraam. ora pro eo.
Scē iohānes baptista. ora pro eo
Oēs sci patriarce ꝛ prophete. ora bij.

Scē petre. ora pro eo
Scē paule. ora pro eo
Scē andrea. ora pro eo.
Scē bartholomee. ora pro eo.
Omēs sci apostoli ꝛ euāgelistē. orat.
Omēs sancti inocētes. orat pro eo.
Scē stephane. ora pro eo.
Scē laurenti. ora pro eo.
Omnes sancti martyres. orat pro eo
Scē siluester. ora pro eo.
Scē nicholae. ora pro eo.
Scē martine. ora pro eo
Scē zenobi. ora pro eo.
Scē clemens. ora pro eo.
Omēs sci pōtifices ꝛ cōfessores. ora.
Sce benedicte. ora pro eo.
Sce bernarde. ora pro eo.
Sce francisce. ora pro eo.
Omnes sci mōaci ꝛ heremite ora
Scā maria magdalena. ora pro
Scā chaterina ora pro eo
Scā lucia ora pro eo
Scā reparata ora pro eo

O és scé uirgines ⁊ uidue. ort.
Omnes sancti ⁊ sancte dei ort.
Propitius esto parce ei domine.
Propitius esto libera eũ domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte li. eũ dñe. A penis
inferni li. euz dñe. A potestate dia
boli li. eum dñe. Ab omni malo
libera eum domine: Per natiuita
tem tuã li. eum dñe. Per sanctam
crucẽ tuaz li. eũ dñe. Per mortem
⁊ sepulturã tuaz libera eũ domine.
Per gloriosam resurrectionẽ tuam
libera euz dñe. Per admirabilem
ascensionez tuã li. eũ dñe. Per gra
tiam sp̃s sci paracliti libera eũ dñe
In die iudicij libera eũ dñe: Pec
catores te rogam⁹ audi nos. Ut
nobis parcas te rogam⁹ audi nos
Chirieleisõ. Xp̃e leisõ. Chirie.
Dum aũt p̃s dicuntur vel cum di-
cti fuerint sacerdos intincto polli-
ce in oleo sancto dicat absolute.

IN noie pa ✠ tris et fi ✠ lij et spūs ✠ sci extinguat in te ois uirtus diaboli ꝑ impositionez ma nuū nostrarū: imo ꝑ inuocationem omniū sanctorū angelorū: archan gelorūz: patriarcharū: prophetaꝝ: apostoloꝝ: martyrū: ꝯfessorū: virgi nū: atqꝫ oium simul scōrū. ℟. Am.

Quo dicto faciat signuz crucis de oleo sancto in corpore egri in septē locis subscriptis, ad unamquanqꝫ crucem porpriam orationem dicen do.

Ad oculos

PEr istā scāz un ✠ ctionē ꝛ suā piJssimā misericordiaz parcat tibi dn̄s quicquid oculorum uitio deliquisti. ℟. Amē. Ministri uero uel ipse sacerdos tergāt locū unctū cū stuppa, reponentes eaz in uase mundo. ꝛ sic faciāt post quamlibet unctionem.

Ad aures.

Per istaz sanctā un ✠ ctionē ꝛ suā piJssimaz misericordiaz parcat tibi

dñs quicquid auriuz uitio deliqui
sti. ℟. Amen. Ad nares.
Per istaz sanctã un✠ctioné ⁊ suã
pijssimaz misericordiaz parcat tibi
dominus quicquid nariuz uitio de
liquisti. ℟. añ Ad labia.
Per istaz sanctã un✠ctioné ⁊ suã
pijssimã misericordiam parcat tibi
dñs quicquid lingue uel oris uitio
deliquisti. ℟. Amen. Ad manus
Per istã scãz un✠ctioné ⁊ suã pijs
simã misericordiã parcat tibi dñs
quicquid tactus uitio deliquisti.
℟. amen. Ad pedes
Per istam sanctam un✠ctionem
⁊ suam pijssimaz misericordiã par
cat tibi dñs quicquid icessus uitio
deliquisti. ℟. amen. Ad lũbos
Per istã scãz un✠ctiõez ⁊ suã pijs
simã misericordiaz parcat tibi dñs
qcqqd lũboꝝ uitio ꝺliqsti. ℟. amé.
Quibꝰ oibꝰ pactis ⁊ a clericis psal
mis ⁊ letanijs lectis sacerdos dicat

kirieleison. Christeleison. kirielei-
son. ℣ Pater noster. Secreto. ℣.
Et ne nos. ℞ Sed libera. ℣ Sal-
uuz fac seruū tuū. ℞ De' me' span
tē i te. ℣ Micte ei dñe auxiliū de scō
℞ Et d' sion tuere eos. ℣ Esto ei dñ
tris fortitudīs a facie inīici ℞ Nihil
ꝓficiat inimic' in eo. ℞ Et fili' iniq
tatis nō apponat nocere ei. ℣ Dñe
exaudi orationē meā. ℞ Et clamor
meus ad te ueniat. ℣ Dñs uobis
cum. ℞ Et cū spiritu tuo. Oro.

Domine deus qui ꝑ apostolū
tuuz locutus es: infirmatur
quis in uobis: inducat presbiteros
eclesie: ⁊ orēt sup̄ euz: ungentes euz
oleo scō i nomine dñi: ⁊ oratio fidei
saluabit infirmum: ⁊ alleuiabit eū
dominus: ⁊ si in peccatis sit: dimit
tentur ei: cura quesumus redēptor
noster gratia spiritus scti lāgores
ipsius infirmi et sua sana vulnera:
eiusqꝫ dimicte peccata atqꝫ dolo-

res cũctos cordis ⁊ corporis ab eo
expelle plenamqꝫ ei interius exte-
riusqꝫ sanitatē misericorditer red
de: vt ope misericordie tue restitut⁹
ad pristina reparetur officia. Qui cū
patre ⁊ spiritu scō uiuit ⁊ regnat in
secula seculorum. Amen. oro.

Respice quesumus dn̄e famu
lū tuū N. fratrē nostrū in ĩfir
mitate sui corporis fatiscētē ⁊ aiaꝫ
refoue quaꝫ creasti: vt castigationi
bus emēdatus se sētiat tua medici
na saluatũ. Per xp̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. Amē

Domine sācte pater omnipo-
tens eterne de⁹ q benedictio
nis tue gratiā egeris ĩfundēdo cor
poribus facturā tuā multiplici pie
tate custodis ad inocationē tui no
minis benignus adsiste: vt famulū
tuum. N. ad egritudine liberatum
⁊ sanitati donatum dextera tua eri
gas: virtute confirmes: potestate
tuearis: atqꝫ ecclesie tue sanctisqꝫ

altaribus tuis cum omni desidera ta pſperitate restituas. Per xp̄z dominum nostruz. ℟. amen.

Dominꝰ nr̄ iesus christus apd te sit: ut te defendat: itra te sit vt te rficiat: circa te sit: ut te ꝯseruet ante te sit: ut te deducat: post te sit: ut te custodiat: sup te sit: ut te benedicat. Qui in trinitate pfecta uiuit ꝛ regnat i secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Postea stuppa ꝓiciat i igne. His omnibꝰ pactis reuertant̄ ad ecclesiaz: ꝛ crux remaneat corā infirmo.

Ordo ꝯmēdationis aie. Priꝰ fiāt letanie breues: ut supius cōtinet̄. Deinde ꝓuicino morti: cū i agone sui exitus aia uisa fuerit anxiari dicant̄ he orationes. Oratio.

Proficiscere anima xp̄iana d̄ hoc mundo: In noie dei pr̄is omnipotētis: q te creauit: In noie iesu xp̄i filij d̄i uiui: qui ꝓ te passus est: In noie spūs sci: qui i te effusus

est:In nomine angeloruz ⁊ archan
geloruz:In nomine thronorum ⁊
dominationum:In nomine princi
patum ⁊ potestatum:In noie che
rubin ⁊ seraphin:In noie patriar
charum ⁊ prophetarum:In nomi
ne sanctorum apostolorum:In no
mine sanctorum martyrum ⁊ con
fessoruz:In noie scōrū monacoꝝ ⁊
heremitarum. In noie uirginuz ⁊
omnium sanctorum ⁊ sanctaꝝ dei:
hodie sit i pace locus tuus:⁊ habi
tatio tua sit i sancta syon. Per chri
stū dominū nostrū. ℟. Amē. Orō.

Deus misericors:de⁹ clemēs:
deus q secūdū multitudinez
miserationū tuaꝝ peccata peniten
tium deles:⁊ preteritorū criminuz
culpas uenia remissionis euacuas
respice propitius sup hūc famuluz
tuū. N. ⁊ remissionē sibi oīuz pctōꝝ
suorum tota cordis confessione po
scētez deprecatus exaudi. Renoua

in eo pijssime pater quicqd terrena fragilitate corruptũ vel quicqd diabolica fraude uiolatũ est: et unitati corporis ecclesie mẽbruz redẽptionis ãnecte. Miserere dñe gemituũ miserere lachrymarũ eius ꝛ nõ habentez fiduciaz nisi ĩ tua mĩa adtue sacramẽtuz recõciliationis admitte.

Commẽdo te oĩpotẽti .oro. deo carissime frater: et ei cui⁹ es creatura cõmitto: ut cũ humanitatis debitum morte interueniẽte persolueris: ad auctorem tuuz qui te de limo terre formauerat reuertaris. Egrediẽti itaqz anime tue de corpore: splendidus angelorum cetus occurrat. Candidatorum tibi martyrũ triumphator exercit⁹ obuiet. Liliata rutilantiuz te confessorum turma circundet. Jubilantiuz te uirginuz chor⁹ excipiat: et beate quietis ĩ sinu patriarcharũ te complexus astringat mitis atqz festin⁹

Christi Iesu tibi ꝯspect⁹ appareat
q inter assistentes sibi iugiter inter
esse decernat. Ignores omne quod
horret intenebris: quod stridet in
flammis: quod cruciat intormētis
Cedat tibi teterrim⁹ sathanas cuꝫ
sathellitibus suis in ad uentu tuo
te comitantibus angelis contre-
miscat atqꝫ iterne noctis chaos in
mane diffugiat. Exurgat de⁹ et dis
sipētur inimici eius: ⁊ fugiāt q ode
runt eū afacie ei⁹: sicut ꝺfecit fum⁹
deficiāt: sicut fluit cera afacie ignis
sic pereāt peccatores a facie dei. Et
iusti epulentur: ⁊ exultent iconspe-
ctu dei. Confundantur igitur ⁊ eru
bescant omnes tartaree legiones
et ministri sathane iter tuum impe
dire nō audeāt. Liberet te acrucia-
tu christus q prote crucifissus ē li-
beret te amorte xp̄s q prote crucifi
xus. Constituat te xp̄s fili⁹ dei uiui
iter paradisi sui semꝑ amena uiren

tia. Et iter oues suas te ver⁹ ille pa
stor agnoscat. Ille ab omnib⁹ pec
catis tuis te absoluat atq3 ad dxte
ram suam in electorum suorum te
sorte constituat. Redemptorez tuū
faciem ad faciem uideas ⁊ presens
semper absistens manifestissimam
beatis oculis aspiciat ueritatem.
Cōstitutus igitur iter agmina bea
toruz cōtemplationis diuine dulce
dine potiaris i secula seculoꝝ. amē.

Suscipe domine animaz serui
tui in locum sperande sibi sal
uationis anima tua. ℞ Amen.

Libera domine animā famuli tui
exomnibus periculis infernorum
⁊ de laqueis penarum ⁊ exomnib⁹
tribulationibus. ℞ Amen. Libe
ra domine animaz famuli tui sicut
liberasti Enoch et Eliam de cōmu
ni morte mundi. ℞ amen. Libera
domine animam famuli tui sicut li
berasti Noe de diluuio. ℞ Amen.

Libera domine animã famuli tui sicut liberasti Habraã d̃ ur caldeorum. ℟ amñ Libera dñe animam famuli tui sicut liberasti Job d̃ passionib⁹ suis. ℟ Amen. Libera domine animam famuli tui sicut liberasti Jsaac de ostia ⁊ de manu patris sui Hbrae. ℟ Amen. Libera domine animam famuli tui sicut liberasti Loth de sodomis ⁊ de flamma ignis. ℟ amen. Libera domine aiaz serui tui sicut liberasti moisen de manu pharaonis regis egiptioꝝ. ℟ amñ. Libera dñe aiaz serui tui sicut liberasti danielé d̃ lacũ leonum. ℟ :amé. Libera domine animã famulitui sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardẽtis ⁊ de manu regis iniqui. ℟. Amé. Libera dñe animaz famuli tui sicut liberasti susannã de falso crimine. ℟ Amé Libera dñe aiaz famu li tui sicut liberasti Dauid de manu saul

Regis ⁊ de manu golie. Amē. Li
bera domine animaꝫ serui tui sicut
liberasti petrum et paulum de car
ceribus. amē. Et sicut beatissimā
teclam uirginem et martyreꝫ detri
bus tormentis atrocissimis libera
sti sic liberare digneris animam fa
muli tui ⁊ tecuꝫ facias imbonis cō
gaudere celestibus. Amen.

Commēdamus tibi domine
animam famuli tui. R. preca
mur que te domine Jesu saluator
mundi ut propter quam ad terraꝫ
misericorditer descendisti patriar
chaꝝ tuorūꝫ finibus īsinuare non
renuas. Agnosce domine creatu
ram tuam non erdijs alienis crea
tam: sed a te solo deo uiuo et uero
quia non est deus alius preter te ⁊
non est secunduꝫ opera tua letifica
domine animaꝫ eius īcospectu tuo
⁊ ne memineris iniquitatū eius an
tiquaꝝ: ⁊ ebrietatū quas suscitauit

furor sine feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit: tamen patrez & filium & spũz sanctũ nõ negauit: sed credidit & zelũ dei in se habuit: & deum qui fecit omnia / adorauit. ℞. Amen. Alia oratio.

Delicta iuuentutis & ignorantias eius ne memineris que sumus dñe: sed secundũ magnam misericordiam tuaz memor esto illius i gloria claritatis tue. Aperiãtur ei celi: colletent illi angeli: in regnum tuum dñe seruũ tuum suscipe. Suscipiat euz sãctus Michael archãgelus dei: qui militie celestis meruit principatum. Ueniant illi obuiam sancti angeli dei: & pducãt eũ in ciuitaté celesté hierusalé. Suscipiat eum beatus petrus apostolus: cui a deo claues regni celestis tradite sunt. Adiuuet euz scũs paulus: qui dign' fuit esse vas electionis. Intercedat p eo scũs Joãnes

electus dei apostolus: cui reuelata sũt secreta celestia. Orent ꝓ eo om-
nes sācti apostoli: qbꝰ a dño data ē
potestas ligādi atq3 soluēdi. Inter
cedāt ꝓ eo oēs sci ⁊ electi dei: q pro
xp̃i noīe tormēta in hoc seculo sub
stinuerũt: ut uinculis carnis exutus
ꝑuenire mereat᷑ ad gloriā regni ce
lestis ꝑstāte dño nr̃o iesu xpo: q cũ
patre ⁊ spiritu scō uiuit ⁊ regnat in
secula seculoꝝ. ℟ Amen.
Si anxiat᷑ adhuc anima: dicant᷑ hi
psalmi Confitemini dño ⁊ Beati i
maculati ⁊ Ad dñm cũ tribularer:
Egressa autē anima: dicat᷑ hoc. ℟.
Subuenite sci dei: occurrite āgeli
dñi: suscipiētes aiam eius. Offerē-
tes eā3 i conspectu altissimi. ℣. Su
scipiat te xp̃us q uocauit te: ⁊ i sinu
abrahe āgeli deducāt te. Offrētes
ea3. ℣. Requie3 eternā dona ei dñe
⁊ lux ꝑpetua luceat ei. In cōspectu
altissimi. Deide kyrieleisō. Xp̃elei

son. kyrieleison. Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas i tẽtationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiez eter nam dona ei dñe. ℟. Et lux perpe tua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animaz eius. ℣. Requie scat in pace. ℟ Amen. ℣. Domine exaudi ora. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs uobiscum. ℟. Et cũ spi. Oro

Tibi domine cõmendam⁹ ani mam famuli tui. N. ut defun ctus seculo tibi uiuat: ⁊ que p fra gilitatez mũdane ꝯuersationis pec cata ꝯmisit: tu uenia misericordis sime pietatis absterge. Per chri stum dominuz nostruz. ℟. Amen.

Quando mortuus pductus fuerit in ecclesia, omẽs clerici stent circa feretruz ⁊ incipiant. ℟. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouendi sunt ⁊ terra. Dum ueneris iudica re seculũ per ignem. ℣. Tremens

factus suz ego ꝛ timeo dū discussio
uenerit atqꝫ uentura ira. Quando.
℣. Dies illa dies ire calamitatis ꝛ
miserie dies magna ꝛ amara ual
de. Dum. ℣. Requiez eternā dona
eis dn̄e. Et repetit ℟. Libera me.
Kirieleison. Xp̄eleison. kirieleison.
Pater nr̄. secreto. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libera. ℣. Requiem eternam
dona eis dn̄e. ℟ Et lux perpe. ℣.
A porta inferi. ℟. Erue dn̄e animā
eius. ℣ Requiescāt i pace. ℟. Am̄.
℣. Dn̄e exaudi orōnē meaz. ℟ Et
clamor meus. ℣. Dn̄s uobiscum.
℟. Et cū spiritu tuo. Oratio.
Absolue quesumus dn̄e aiaz
famuli tui. N. ut dfūnctus se
culo tibi uiuat: ꝛ que p̱ fragilitatez
mundane conuersationis peccata
cōmisit: tu uenia misericordissime
pietatis absterge. Per xp̄m domi
num nostrum. ℟ Amen. An̄.
In paradisuz deducant te angeli

in tuo aduentu suscipiant te marty
res: et perducant te i ciuitatem scãz
hierusalez. ℣. Chorus angelorũ te
suscipiat: et cum lazaro quondam
paupere eternam habeas requiez.
Quo finito cãtor incipiat añ. Ego
sum resurrectio et uita: qui credit in
me / etiam si mortuus fuerit: uiuet:
et ois qui uiuit et credit i me / nõ mo
rietur in eternuz. ps. Benedictus
dñs. Kyrieleison. Xp̃eleison. Kyrie
leison. Pater nr̃. secreto. ℣. Et ne
nos. ℟. Sed libera. ℣. Non intres
in iudicio cũ seruo tuo domine. ℟.
Quia non iustificabitur i cõspectu
tuo ois uiuens. ℣. A porta inferi.
℟. Erue dñe aiaz eius. ℣. Requie/
scat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine
exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs uo.
℟. Et cũ spiritu tuo. Oratio.
SAtisfaciat tibi quesumus do
mine de⁹ nr̃ p aia famuli tui
beatissime dei genitricis semperqz

uirginis marie ⁊ sanctissimi zeno-
bij ⁊ reparate omniũq; scõrũ tuo
rum humilis ⁊ deuota supplicatio
⁊ p̃sentis familie tue oratio: ut pec
catoꝝ oĩuz ueniã quã p̃camur obti
neat: nec eum patiaris cruciari ge-
hennalibꝰ flãmis: quẽ filij tui dñi
nr̃i iesu xp̃i pretioso sanguine rede
misti. Qui tecũ ⁊ cũ spũ scõ uiuit ⁊
regnat. Deinde reuertunt̃ in eccle
siaz cantãdo hoc ℟. Memẽto mei
deꝰ qꝛ uẽtus est uita mea. Nec aspi
ciat me uisus hominis. ℣. De pro
fundis clamaui ad te domine: do-
mine exaudi uocez meaz. Nec aspi
ciet. ℣. Requiez eter. ℟. Et lux per
petu͂a. ℟ yrieleison. Xp̃eleison. ky-
rieleison. Pater nr̃. ℣. Et ne nos in
ducas in tentationez. ℟. Sed libe
ra nos a malo. ℣. A porta iferi. ℟.
Erue dñe. ℣. Requiescant in pace.
℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla.
℣. Dñs uo. ℟. Et cũ spi. Orõ.

Deus cũi omnia uiuunt: et cui nõ pereunt moriendo corpora nostra: sed mutantur i melius: te suppliciter deprecamur: ut suscipi iubeas animã famuli tui. A. p manus sanctorũ angelorũ tuorũ deducendam i sinu amici tui abrahe patriarche: resuscitandãq; i nouissimo iudicij tui die: ut qcqd uitiorũ diabolo fallente cõtraxit: tu pius et misericors abluas idulgẽdo. Per christũ dominũ nostrũ. ℟. Amẽ.
℣. Anima eius et anime omniũ fideliũ defunctorũ per misericordiã dei requiescant in pace. ℟. Amen

Incipit officiũ in agẽda mortuorũ Ad matutinũ inuitatorium.

Regem cũi omnia uiuunt. Uenite adoremus.

Uenite exultemus dño iubilemus deo salutari nr̃o pocupemus faciẽ ei' icõfessiõe. et i psalmis iubilem' ei. Regẽ cui oĩa uiuũt. Ueni

Quoniaz deus magnus dominus
⁊ rex magnꝰ super oẽs deos: quo-
niam nõ repellet dñs plebem suaz:
quia in manu eiꝰ sunt omnes fines
terre: et altitudines montium ipse
conspicit. Uenite. Quoniaz ipsius
est mare ⁊ ipse fecit illud: ⁊ aridam
fundauerũt manꝰ eius: venite ado-
remus: ⁊ procidamꝰ ante deũ: plo-
remus coram dño qui fecit nos: qꝛ
ipse est dñs deus noster: nos autez
populus eius ⁊ oues pascue eius.
Regez. Hodie si vocez eius audie-
ritis: nolite obdurare corda uestra
sicut in exacerbatione secũduz diez
tentationis in deserto: vbi tentaue-
runt me patres uestri: probauerũt
⁊ uiderunt opa mea. Uenite. Qua-
dragita ãnis ꝓximus fui generatiõi
huic: et dixi sẽp hi errãt cord: ipsi vo
nõ cognouerũt uias meas: qbꝰ iura-
ui i ira mea. si itroibũt i rq̃e meã. Re-
gem. Requiem eternam dona eis

domine: et lux perptua luceat eis. Venite adorem⁹. Regez cui omnia uiuũt. Venite adorem⁹. In primo nocturno añ. Dirige. ps̃.

Verba mea aurib⁹ pcipe: dñe intellige clamorez meũ. Intende uoci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus. Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies uocẽ meam. Mane astabo tibi ⁊ uidebo: quoniam nõ deus uolẽs iniquitatez tu es. Neqȝ habitabit iuxta te malignus: neqȝ permanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti oẽs qui operantur iniquitatez: perdes omẽs qui loquuntur mendacium. Virum sanguinũ ⁊ dolosũz abhominabitur dominus: ego autez in multitudine misericordie tue. Introibo in domũ tuam: adorabo ad templũ sanctuz tuum ĩ timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos: dirige in

conspectu tuo uiam meam. Quo-
niam nō est in ore eoꝝ ueritas: cor
eoꝝ uanū est. Sepulchrum patēs
est guttur eoꝝ: linguis suis dolose
agebāt: iudica illos deꝰ. Decidant
a cogitationibꝰ suis secundū multi
tudinē impietatū eoꝝ expelle eos:
qm̄ irritauerūt te dn̄e. Et letentꝰ
oēs qui sperant in te: in eternū exul
tabunt ⁊ habitabis in eis. Et glo
riabuntꝰ in te oēs q diligūt nomen
tuū: qm̄ tu benedices iusto. Domi
ne ut scuto bone uoluntatis tue: co
ronasti nos. Requiez eternā. An̄.
Dirige dn̄e deus meus in ꝯspectu
tuo uiā meaz. An̄. Conuertere. ps
Domine ne in furore tuo ar-
guas me: neqꝫ in ira tua cor
ripias me. Miserere mei dn̄e quo
niam infirmus sum: sana me domi
ne qm̄ ꝯturbata sunt ossa mea. Et
anima mea turbata ē ualde: sed tu
domine usqꝫ quo. Conuertere do

mine ⁊ eripe animaz meam: saluuz
me fac propter misericordiaz tuaz.
Q uoniaz non est in morte qui me-
mor sit tui: in inferno aũt quis ꝯfi-
tebitur tibi. L aboraui in gemitu
meo: lauabo per singulas noctes
lectum meũ: lachrymis meis stra-
tum meum rigabo. T urbatus est
a furore oculus meus: inueteraui
inter omnes inimicos meos. D i-
scedite a me omnes qui operami-
ni iniquitatem: quoniaz exaudiuit
dominus uocez fletus mei. E xau-
diuit dominus deprecationez me-
am: dominus orationem meam su-
scepit. E rubescant ⁊ cõturbentur
uehemẽter omẽs inimici mei: con-
uertantur ⁊ erubescant ualde uelo-
citer. R equiem eternam dona eis
domine. Añt. Conuertere domine
et eripe animam meam: quoniam
nõ est in morte qui memor sit tui.
Añt. Nequando. ps.

Domine deus meus in te spe
raui saluum me fac: ex omni
bus persequētibus me libera me.
Nequādo rapiat ut leo aīaz meaz:
dum nō est q redimat neqz q saluū
faciat. Domīe de⁹ me⁹ si feci istud:
si est iniquitas in manib⁹ meis. Si
reddidi retribuētibus mihi mala:
decidam merito ab inimicis mēis
inanis. Persequat̄ inimicus aīam
meā: ⁊ cōprehēdat ⁊ ꝯculcet ī terra
uitā meaz: ⁊ gloriaz meaz in pulue
rez deducat. Exurge dn̄e ī ira tua:
⁊ exaltare ī finibus inimicoꝝ meo-
rum. Exurge domine deus meus
in precepto quod mandasti: ⁊ syna
goga populorum circundabit te.
Et propter hanc in altum regre-
dere: dominus iudicat populos.
Iudica me domine secundū iusti
tiam meā: ⁊ secundum inocentiam
meam super me. Consumetur ne
quitia peccatoruz ⁊ diriges iustū:

scrutans corda et renes deus. Iu
stum adiutorium meum a domino
qui saluos facit rectos corde. Deꝰ
iudex iustus fortis ⁊ patiens: nun-
quid irascit̃ ꝑ singulos dies. Nisi
conuersi fueritis gladium suum ui
brabit: arcum suuz tetendit ⁊ para
uit illuz. Et i eo parauit uasa mor
tis: sagittas suas ardentibꝰ effecit.
Ecce parturit iniustitiaz ⁊ cõcepit
dolorez. ⁊ peperit iniquitatez. La
cum aperuit ⁊ effodit euz: ⁊ incidit
in foueam quam fecit. Conuertet̃
dolor eius in caput eius: ⁊ in uerti
cem ipsius iniquitas eius descẽdet
Confitebor domino secũduz iusti
tiam eius: ⁊ psallam nomini domi
ni altissimi. Requiem eternaz do.
Añ. Ne quando rapiat ut leo aiaz
meaz: dum nõ est qui redimat neqꝫ
qui saluũ faciat. ℣. A porta inferi.
℟. Erue dñe aias eoruz. Pater nr̃.
℣. Et ne nos inducas in tentatio-

nem. ℟. Sed libera nos a malo.
Parce mihi do Lectio prima.
mine: nihil eni sunt dies mei.
Quid est homo: quia magnificas
eum: aut quid apponis erga eum
cor tuum? Visitas eum diluculo: et
subito probas illuz. Usqz quo non
parcis mihi: nec dimittis me: vt
glutiam saliuam meam. Peccaui.
Quid faciam tibi o custos homi-
num? Quare posuisti me contra-
rium tibi: et factus suz mihimetipsi
grauis? Cur non tollis peccatum
meum: et quare non aufers iniqui-
tatem meam? Ecce nunc in pulue-
re dormiam: et si mane me quesie-
ris: non subsistam. ℟. Credo q re-
demptor meus viuit: et in nouissi-
mo die de terra surrecturus sum.
Et in carne mea videbo deū salua-
torē meum. ℣. Quez visurus sum
egoipse et non alius: et oculi mei
conspecturi sunt. Et in carne mea

uidebo deum saluatorem meum.

T Edet animaz Lectio secūda. meam uite mee: dimittam ad uersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo: noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi uidetur si calunieris: ꝛ opprimas me opus manuum tuarum: et consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut uidet homo ꝛ tu uides? Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora? Ut queras iniquitatem meam: et peccatū meum scruteris. Et scias qa nihil impiuz fecerim: cum sit nemo qui ð manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetiduz. Tu eis dn̄e dona requiez ꝛ locū indulgētie. ℣. Qui uētur⁹ es iudicare uiuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per

ignem. Tu eis dñe dona requiez ꝛ locum indulgentie: Lectio tertia

Manus tue dñe fecerũt me: et plasmauerunt me totuz i circuitu: ꝛ sic repente precipitas me. Memento queso ꝙ sicut lutuz feceris me: ꝛ in puluerez reduces me. Nõ ne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti! Pelle ꝛ carnibus uestisti me: ossibus ꝛ neruis ꝯpegisti me. Uitam ꝛ misericordiã tribuisti mihi: ꝛ uisitatio tua custodiuit spũz meuz. ℟. Dñe quando ueneris iudicare terraz vbi me abscondam a uultu ire tue. Quia peccaui nimis i uita mea. ℣. Cõmissa mea pauesco et ante te erubesco: dum ueneris iudicare noli me condemnare. Quia pecca. ℣. Requiez eternam dona eis dñe: ꝛ lux perpetua luceat eis. Quia peccaui.

In secundo nocturno añ. In loco pascue. Psalmus.

DOminꝰ regit me ⁊ nihil mi-
hi deerit: in loco pascue ibi
me collocauit. Sup̱ aquã refectio
nis educauit me: animã meã cõuer
tit. Deduxit me super semitas iu-
stitie: propter nomen suum. Nam
⁊ si ambulauero in medio umbre
mortis non timebo mala: quoniaȝ
tu mecũ es. Virga tua ⁊ baculus
tuus: ipsa me cõsolata sunt. Para
sti in cõspectu meo mensaȝ: aduer
sus eos qui tribulant me. Inpin
guasti in oleo caput meum: ⁊ calix
meꝰ inebrians q̃ preclarus est. Et
misericordia tua subsequatur me:
omnibus diebus uite mee. Et ut
inhabiteȝ in domo dñi: in longitu-
dine dieruȝ. Requieȝ eternã. Añ.
In loco pascue ibi me collocauit.
Añt. Delicta. ps.
AD te dñe leuaui aĩaȝ meaȝ:
deus meus in te confido nõ
erubescaȝ. Neqȝ irrideant me ini-

mici mei: ⁊ eniz uniuersi qui te expe
ctant non confundentur. Confun
dāt omēs īiqua agētes suꝑuacue.
Vias tuas dñe demonstra mihi:
et semitas tuas edoce me. Dirige
me in ueritate tua ⁊ doce me: quia
tu es deus saluator meus: ⁊ te su-
stinui tota die. Reminiscere mise-
rationuz tuarum dñe: ⁊ misericor-
diarū tuaꝝ que a seculo sunt. Deli
cta iuuentutis mee: et ignorantias
meas ne memineris. Secūduz mi
sericordiam tuaz memento mei tu:
propter bonitatez tuaz dñe. Dul-
cis ⁊ rectus dñs: propter hoc legē
dabit ꝺlinquētibꝰ in uia. Diriget
mansuetos in iudicio: docebit mi-
tes uias suas. Uniuerse uie domi
ni misericordia ⁊ ueritas: requiren
tibus testamētū eius ⁊ testimonia
eius. Propter nomē tuū dñe pro
pitiaberis peccato meo: multuz est
eniz. Quis ē homo qui timet dñz:

legem statuit ei in uia quaz elegit.
Anima eius ĩ bonis d̃morabit̃: ⁊
semẽ eius hereditabit terrã. Fir-
mamentuz est domin⁹ timentib us
eum: ⁊ testamentũz ipsius ut mani
festet̃ illis. Oculi mei semꝑ ad do-
minũ: qm̃ ipse euellet de laqueo pe
des meos. Respice ĩ me ⁊ misere-
re mei: qꝛ unicus ⁊ pauꝑ sum ego:
Tribulatiões cordis mei multipli
cate sunt: d̃ necessitatib⁹ meis erue
me. Uide humilitatez meã ⁊ labo
rez meũ: ⁊ dimitte uniuersa delicta
mea. Respice inimicos meos qm̃
multiplicati sũt: ⁊ odio iniquo ode
runt me. Custodi aiaz meã ⁊ erue
me: non erubescã qm̃ speraui in te:
Innocẽtes ⁊ recti adheserũt mihi
qꝛ sustinui te. Libera deus israel:
ex omnibus tribulationibus suis.
Requiem eternam dona eis dñe.
Añ. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ igno
rantias meas ne memineris dñe.

Añt. Credo uidere. ps.

Dominus illuminatio mea: et salus mea quē timebo? Dominus protector uite mee: a quo trepidabo? Dum appropiant sup me nocentes: ut edāt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderūt. Si consistāt aduersuz me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersuz me preliuz: in hoc ego sperabo. Unaz petij a dño hāc requiraz: ut inhabitē in domo dñi omnib⁹ diebus uite mee. Ut uideaz uoluntatez dñi: et uisitem tēpluz eius. Quoniaz abscondit me i tabernaculo suo: in die malorū protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput meuz super inimicos meos. Circuiui et imolaui in tabernaculo ei⁹ hostiaz uociferationis: cantabo et psalmuz dicā dño. Exaudi dñe uocē meaz

qua clamaui ad te: miserere mei ꝛ
exaudi me. Tibi dixit coꝛ meuꝫ: ex
quisiui te facies mea: faciē tuā dñe
requiram. Ne auertas facieꝫ tuaꝫ
a me: ꝛ ne ꝺclines ī ira a seruo tuo.
Adiutoꝛ meꝰ esto ne derelinquas
me: neqꝫ despicias me deus saluta
ris meus. Quoniam pater meus
ꝛ mater mea dereliquerunt me: do
minus aūt assumpsit me. Legem
pone mihi ī uia tua: ꝛ dirige me in
semitam rectam propter inimicos
meos. Ne tradideris me ī animas
perseqꝫentiuꝫ me: qm̄ insurrexerūt
ī me testes iniqui: ꝛ mētita ē iniqui
tas sibi. Credo uidere bona dñi
in terra uiuētiuꝫ. Expecta dñꝫ ui
riliter age: ꝛ confoꝛtetur coꝛ tuū: ꝛ
sustine dñꝫ. Añ. Credo uidere bo
na dñi in terra uiuentiuꝫ. ℣. Collo
cet eos dñs cū pꝛincipibꝰ. ℟. Cum
pꝛincipibus populi sui. Pater nr̄.
℣. Et ne nos inducas Lectio. iiij.

Respõde mihi: quãtas habeo iniquitates ⁊ peccata. scelera mea ⁊ delicta ostende mihi. Cur fa ciẽ tuaȝ abscondis: ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ. Cõtra foliũ quod a uẽ to rapitur: ostẽdis potentiaȝ tuaȝ: ⁊ stipulã siccaȝ ꝑsequeris. Scribis eni ꝯtra me amaritudies: ⁊ cõsume re me vis peccatis adolescẽtie mee Posuisti i neruo pedẽ meũ: ⁊ obser uasti oms̃ semitas meas ⁊ vestigia pedũ meorũ ꝯsiderasti. Qui q̃si pu tredo ꝯsumẽdus suȝ: ⁊ quasi uesti mẽtũ quod cõmedit a tinea. ℟. Me mento mei deus: quia uẽtus est vi ta mea. Nec aspiciat me visus hõis ℣. De profundis clamaui ad te do mine: domine exaudi uoceȝ meam Nec aspiciat

Lectio. quinta

Homo natus de muliere breui uiuens tẽpore: replet multis miserijs. Qui quasi flos egredit ⁊ cõteritur: ⁊ fugit uelut ũbra ⁊ nunq̃

in eodez statū permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eū tecum in iudiciū. Quis potest facere mundū de imundo ↄceptū semie? Nōne tu qui solus es? Breues dies hōis sūt: et numer⁹ mēsiuz eius apud te ē Cōstituisti terminos eius: qui preteriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo: ut qesćat donec optata veniat: et sicut mercēnarij dies ei⁹
℟. Heu mihi domine quia peccaui nimis in uita mea: quid faciā miser: ubi fugiā nisi ad te deus. Miserere mei dū veneris in nouissimo die. ℣ Anima mea turbata ē ualde: sed tu dñe succurre ei. Miserere. Letio vj.

Quis mihi hoc tribuat: ut ī inferno protegas me: et abscondas me donec ptranseat furor tuus: et constituas mihi tēpus iquo recorderis mei. Putas ne mortuus

homo rursum uiuat? Cunctis die-
bus quib⁹ nunc milito: expecto do-
nec ueniat imutatio mea. Uocabis
me: et ego respondebo tibi. Operi
manuū tuaruz porriges dexteraz.
Tu quidez gressus meos dinume-
rasti: sz parce peccatis meis. ℟. Ne
recorderis peccata mea dñe. Dum
ueneris iudicare seculuz per ignez.
℣. Dirige dñe deus me⁹ in conspe-
ctu tuo uiaz meam. Dum ueneris.
℟. Requiez eternaz dona eis dñe ⁊
lux perpetua luceat eis. Duz uene.
In tertio nocturno añ. Cōplaceat
Expectās expectaui dñz: ⁊ in-
tēdit mihi. Et exaudiuit pre-
ces meas: ⁊ eduxit me de lacu mise-
rie ⁊ ð luto fecis. Et statuit supra
petraz pedes meos: ⁊ direxit gres-
sus meos. Et imisit i os meū can-
ticū nouū: carmen deo nr̄o. Uide-
bunt multi ⁊ timebūt: ⁊ sperabunt
in dño. Beatus uir cuius ē nomē

dñi ſpes eius: ⁊ nõ reſpexit in uani
tates ⁊ inſanias falſas. Multa fe-
ciſti tu dñe deꝰ meꝰ mirabilia tua:
⁊ cogitationibꝰ tuis non eſt q̄ ſimi
lis ſit tibi. Annuntiaui ⁊ locutus
ſum: multiplicati ſunt ſup̄ numeꝝ.
Sacrificiuȝ ⁊ oblationeȝ noluiſti:
aures aũt ꝑfeciſti mihi. Holocau
ſtum ⁊ pro peccato non poſtulaſti:
tunc dixi ecce uenio. In capite li-
bri ſcriptũ eſt d̓ me: ut facerẽ uolũ-
tateȝ tuaȝ deus meus uolui: ⁊ legẽ
tuaȝ in medio cordis mei. Annun
tiaui iuſtitiã tuaȝ ĩ eccleſia magna:
ecce labia mea nõ ꝓhibebo: dñe tu
ſciſti. Iuſtitiã tuã nõ abſcõdi ĩ cor
de meo: ueritatẽ tuã ⁊ ſalutare tuũ
dixi. Non abſcondi miſericordiaȝ
tuã ⁊ ueritatẽ tuã: a cõcilio multo.
Tu autẽ dñe ne longe facias mi-
ſerationes tuas ą me: miſericordia
tua ⁊ ueritas tua ſemper ſuſcepe-
runt me. Quoniaȝ circundederũt

me mala quorũ non est numerus: cõprehẽderunt me iniquitates mee ꝛ non potui ut viderem: Multipli cati sunt super capillos capitis mei: ꝛ cor meũ dereliquit me. Compla ceat tibi domine ut eruas me: domi ne ad aiuuandũ me respice. Con fũdãtur ꝛ revereant̃ simul qui que runt animã meã: ut auferant eã Convertãtur retrorsũ ꝛ revereãt̃: qui volunt mihi mala. Ferant con festi con fusionẽ suã: qui dicũt mihi euge euge. Exultẽt ꝛ letẽt̃ sup̃ te oẽs querentes te ꝛ dicãt semp̃ ma gnificetur dñs q̃ diligunt salutare tuum. Ego aũt mẽdicus ꝛ paup̃ sum: Deus solicitus est mei. Adiu tor meus ꝛ ꝓtector meus tu es: De us meus ne tardaveris. Requiem eternã dona eis domine. Añt. Cõ placeat tibi domine vt eripias me domine ad aiuuandum me festina

Añt. Sana domine. psalmus.

30

Beatus uir qui itelligit super egenū ꝛ pauperē: indie mala liberauit eū dn̄s. Dominus cōseruet euz ꝛ uiuicet eū ꝛ beatū faciat eum iterra: ꝛ nō tradat eū in anima inimicorū eius. Dominus opē ferat illi sup lectū doloris ei⁹: uniuersū stratū eius uersasti i infirmitate eius. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana animā meam qa peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur ꝛ peribit nomen eius. Et si ingrediebat̄ ut uideret uana loquebatur cor eius: ꝯgregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: ꝛ loqeuebatur i idipsū. Aduersū me susurabant omnes inimici mei: aduersū me cogitabāt mala mihi. Verbum iniquum constituerunt ad uersum me: nunquid q dormit nō adijciet ut resurgat. Et enim homo pacis mee in iquo

ſperaui: qui edebant panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationez. Tu aũt dñe miſerere mei: et reſuſcita me: et retribuam eis. In hoc cognoui qm̃ uoluiſti me: quoniam nõ gaudebit inimicus meus ſuper me. Me aũt propter inocentiam ſuſcepiſti: et confirmaſti me in cõſpectu tuo in eternuz. Benedictus dñs d' iſrael a ſeculo et uſqz i ſeculũ ſeculi: fiat fiat. Requiẽz eter.

Añ. Sana dñe aiaz meaz: quia peccaui tibi. Añ. Sitiuit. ps.

Quemadmoduz deſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita deſiderat aia mea ad te de'. Sitiuit aia mea ad deuz fontez uiuũ. quando ueniaz et apparebo ante faciem domini. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. Hec recordatus ſuz et effudi in me animaz meaz: quoniaz tranſibo in

locū tabernaculi admirabilis ūsqꝫ ad domū̄ dei. In uoce exultatiōis ꝛ ꝯfessionis: sonus epulātis. Quare tristis es aīa mea: ꝛ quare cōturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare uultus mei ꝛ deꝰ meus. Ad meipsuꝫ cōturbata ē aīa mea: propterea memor ero tui de terra iordanis ꝛ hermonij a monte modico. Abyssus abyssuꝫ inuocat: in uoce catheractaꝝ tuaꝝ. Omnia excelsa tua ꝛ fluctus tui: super me transierunt. In die mandauit dn̄s misericordiaꝫ suaꝫ: ꝛ nocte canticū eius. Apud me oratio deo uite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: ꝛ quare ꝯtristatus incedo duꝫ affligit me inimicus? Dum ꝯfringunt ossa mea exprobrauerūt mihi: qui tribulāt me inimici mei. Dum dicūt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus: quar̄ tristis es aīa mea

et quare conturbas me. Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare uultus mei ⁊ de⁹ meus. Requiem eternaz. Añ. Sitiuit anima mea ad deuz uiuuz: quando ueniaz et apparebo ante faciem domini. ℣. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Lectio. vij.

Spiritũs meus attenuabitur: dies mei breuiabunt: ⁊ soluz mihi superest sepulchruz. Non peccaui: ⁊ i amaritudinib⁹ moratᷣ oculus meus. Libera me dñe: et pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierũt: cogitationes mee dissipate sũt: torquentes cor meũ. Noctem uerterũt in diez: ⁊ rursuz post tenebras spero lucẽ. Si sustinuero: infernus dom⁹ mea est: et in tenebris straui lectuluz meũ. Putredini dixi: pater

meꝰ es:mater mea ⁊ soror mea ūer
mibus. Ubi ē ergo nūc prestolatio
mea ⁊ patiētia mea? Tu es dñe deꝰ
meus. ℞. Peccātez me quotidie et
nō me penitentē:timor mortis con
turbat me. Quia in iferno nulla est
redēptio:miserere mei dūs ⁊ salua
me. ℣. Deus in nomine tuo saluuz
me fac:⁊ in virtute tua libera me.
Quia in inferno. Lectio.viij.

PElli mee consumptis carni-
bus adhesit os meum:et de-
relicta sunt tantummodo labia cir
ca dentes meos. Miseremini mei:
miseremini mei saltem nos amici
mei:quia manꝰ domini tetigit me.
Quare persequimini me sicut deꝰ:
⁊ carnibꝰ meis saturamini? Quis
mihi tribuat:ut scribantur sermo-
nes mei? Quis mihi det:ut exaren
tur i libro stilo ferreo ⁊ plumbi la
mina:uel celte sculpantur in silice.
Scio enim quod redemptor meus

niuit: ⁊ in nouissimo die đ terra sur
recturus sum: ⁊ rursuz circũdabor
pelle mea: et in carne mea uidebo
deũ saluatorez meũ. Quẽ uisurus
sum egoipse ⁊ nõ alius: ⁊ oculi mei
ɔspecturi sunt. Reposita ẽ hec spes
mea in sinu meo. ℟. Dñe secundũ
actuz meuz noli me iudicare: nihil
dignuz in conspectu tuo egi. Ideo
deprecor maiestatez tuã. Ut tu de⁹
deleas iniqtatez meã. ℣. Ampli⁹ la
ua me dñe ab iniustitia mea: ⁊ a de
licto meo mũda me. Ut. Lectio. ix.

Quare đ uulua eduxisti me: q
utinam consumptus essez: ne
oculus me uideret. Fuissem quasi
non essez de utero translatus ad tu
mulũ. Nunquid non paucitas die-
rum meoꝝ finietur breui? Dimitte
me ergo vt plangã paululuz dolo-
rem meũ: anteq̃ uadaz ⁊ non reuer
tar ad terrã tenebrosaz: ⁊ opertam
mortis caligine. Terram miseric ⁊

tenebrarum: vbi umbra mortis et nul
lus ordo: sed sempiternus horror in
habitat: ℟. Libera me dñe de uijs
inferni. Qui portas ereas confregisti
et visitasti in fernum: et dedisti eis lu
men vt uiderent te. Qui erāt ī penis
tenebrarum. ℣. Clamantes et dicen
tes: aduenisti redēptor noster. Qui
portas. ℣. Requiem ecternam Qui
erāt. Ad laudes añ. Exultabūt. ps.
MIserere mei deus secundū ma
gnā misericordiā tuā. Et se
cūdū multitudinē miserationū tua
rum: dele iniqtatē meā. Amplius
laua me ab iniqtate mea: et a pecca
to meo munda me. Quoniā iniqta
tem meā ego cognosco: et peccatum
meum contra me est sēper. Tibi soli
peccaui et malum corā te feci: vt iusti
ficeris in sermonibus tuis et uincas cū
iudicaris. Ecce enim in iniquitati
bus conceptus sum: et in peccatis
cōcepit me mater mea. Ecce enim

veritatez dilexisti: incerta τ occulta sapiētie tue manifestasti mihi. A sperges me dñe isopo τ mūdabor: lauabis me τ sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū τ letitiaz: τ exultabunt ossa humiliata. Auerte faciē tuā a peccatis meis: et oēs iniquitates m̄as dele. Cor mundū crea in me deus: τ spiritū rectū i noua in viscerib⁹ meis. Ne pijcias me a facie tua: τ spiritū sanctuz tuū n̄ auferas a me. Redde mihi letitiā salutaris tui: τ spiritu principali ꝯfirma me. Docebo iniquos vias tuas: τ ipij ad te cōuertentur. Libera me de sāguinib⁹ deus de⁹ salutis mee: τ exultabit ligua mea iustitiā tuam. Domine labia mea aperies: τ os meū annuntiabit laudez tuā. Quoniam si voluisse sacrificiū dedissez utiqz holocaustis nō delectaberis. Sacrificiuz deo spiritus contribulatus: cor contritūz

ꝛ humiliatum deus non despicies.
Benigne fac in bona volūtate tua
sion vt edificentur muri ierusalem
Tunc acceptabis sacrificiuꝫ insti-
tie oblatioēs ꝛ holocausta tūc ipo
nēt sup altare tuū uitulos. Requiē
aña. Exultabūt domino ossa humi
liata. aña. Exaudi domine psalm⁹.
TE decet hymnus deus i sion:
et tibi redetur uotū i ierusalē
Exaudi orōnez meā: ad te oīs caro
ueniet. Uerba iniquorū preualue
runt sup nos. ꝛ ipietatibus nostris
tu ꝓpitiaberis. Beatus quem ele
gisti ꝛ asūpsisti: i habitabit inatrijs
tuis. Replebimur i bonis domus
tue: ꝛ sanctum est templū tuū mira
bile i equitate. Exaudi nos deus
salutaris noster: spes omniū finiuꝫ
terre ꝛ in mari longe. Preparans
montes in uirtute tua: accictus po
tentia qui conturbas profundum
maris sonum fructuum eius:

Turbabuntur gentes ⁊ timebūt qui habitāt terminos a signis tuis exitus matutini ⁊ uespe delectaberis. Visitasti terrā ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locuplectare eā. Flumen dei repletuz est aquis: parasti cibū illoruz quoniam ita est preparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica germina ei⁹: i stillicidijs eius letabitur germinās. Benedices corone anni benignitatis tue. ⁊ campi tui replebuntur ubertate: Pinguescēt speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: ⁊ ualles abūdabunt frumēto: clamabūt eteniz hymnū diceut. Requiē ecternaz. an̄t. Exaudi domine orationez meam ad te omnis caro ueniet. an̄t. Me suscepit. psalmus

Deus deus meus: ad te deluce uigilo. Sitiuit in te anima mea quaz multipliciter tibi ⁊ caro mea

In terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa
ſic i ſancto apparui tibi: ut uiderez
uirtutem tuã ⁊ gloꝛiam tuã. Quo
niam melioꝛ eſt miſericoꝛdia tua ſu
per uitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicat te in uita mea: et in
nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe ⁊ pinguedine replea-
tur anima mea: ⁊ labijs exultatio-
nis laudabit os meũ. Sic memoꝛ
fui tui ſuper ſtratum meum in ma
tutinis meditaboꝛ in te quia fuiſti
adiutoꝛ meus. Et in uelamẽto ala
rum tuarum exultabo: adheſit aĩa
mea poſt te me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi uero in uanum queſierũt aĩaz
mã: itroibũt i inferioꝛa terre: tradẽ
tur i manus gladij partes uulpiuz
erũt. Rex uero letabitur i deo lau
dabũtur omnes qui iurãt i eo quia
obſtructuz eſt os loquẽtiuz iniqua
Deus miſereatur noſtri et benedi
cat nobis illuminet uultũ ſuuz ſup

nos et misereatr nri. Ut cognoscamus interra uiaz tuaz: in omnibus gentibus salutare tuuz. Confiteãtur tibi populi deus: cõfiteantur tibi populi oés. Lectentur et exultét gentes: quoniam iudicas populos in equitate et gentes interra dirigis. Confiteantr tibi populi de9 confiteantur tibi populi oés: terra dedit fructũ suuz. Benedicat nos deus de9 noster: benedicat nos de9 et metuãt eũ omnes fines terr. añt. Me suscepit dextera tua domine: añt. A porta inferi. psalmus.

Ego dixi idimidio dierũ meorum: uadaz ad portas inferi. Quesiui residuũ annoꝛuz meoꝛuz dixi non uidebo dñuz deum i terra uiuentiũ. Nõ aspiciaz hominez vltra: et habitatoꝛé quietis. Generatio mea ablata est et conuoluta est ame quasi tabernacula pastoꝛum: Precisa est velut atexéte vita mea:

dū adhuc ordirer subcidit me: d mane vsqȝ ad vesperā finies me. S perabam vsqȝ ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. D emane usqȝ ad uespera finies me: sicut pullus hyrūdinis sic clamabo meditabor ut colūba. A ttenuati sūt oculi mei: suscipiētes i excelso. D omine uiȝ patior respōde pro me qd dicā aut quid respondebit mihi cū ipse feceriȝ. R ecogitabo tibi oēs ānos meos: i amaritudine aīe mee. D ñe si sic uiuitur et i talibus uita spirit⁹ mei corripiet me et uiuificabis me: ecce i pace amaritudo mea amarissima. T u autem eruisti animā meā ut nō piret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Q uia nō ifernus cōfitebitur tibi: neqȝ mors laudabit te: nō expectabūt q descēdūt i lacū ueritatē tuaȝ. V iuens viuens ipse confitebitur tibi: sicut et ego hodie pater filius

notaz faciet ueritatē tuaz. D n̄e sal
uum me fac: ⁊ psalmos n̄ros canta
bimus cunctis diebus uite nostre
in domo domini. R equiez. an̄t.
A porta iferi erue domine animam
meaz. ant. Omnis spiritus. ps.
L Audate dominuz decelis. lau
date eum in excelsis. L auda
te euz omnes angeli eius: laudate
eū oēs uirtutes eius. L audate eū
sol ⁊ luna: laudate eum oēs stelle ⁊
lumen. L audate euz celi celoruz:
⁊ aque que sup celos sunt: laudent
nomē dn̄i. Q uia ipse dixit ⁊ facta
sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt.
S tatuit ea i eternuz ⁊ i seculum se
culi preceptuz posuit ⁊ non preteri
bit. L audate dn̄m deterra draco
nes: ⁊ oēs abissi. I gnis grādo nix
glacies spiritus procellarū que fa
ciūt uerbum eius. M ontes ⁊ oēs
colles: ligna fructifera ⁊ oēs cedri.
B estie ⁊ uniuersa pecora: serpētes

32

ꝛ uolucres pēnate. Reges terre ꝛ omnes populi: principes ꝛ oēs iudices terre. Iuuenes et uirgines senes cū iunioribus laudēt nomē dn̄i: qꝛ exaltatū est nomē ei⁹ solius Cōfessio ei⁹ sup celū ꝛ terrā: ꝛ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquāti sibi. Cantate dn̄o canticuꝫ nouuꝫ: laus eius i ecclesia sanctorū. Letetur israel in eo qui fecit eū ꝛ filie sion exultēt in rege suo. Laudēt nomen eius in choro: in tīpano ꝛ psalterio psallant ei. Quia beneplacitū est dn̄o in populo suo: ꝛ exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabunt̄ i cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorū et gladij ancipites i manib⁹ eoruꝫ. Ad faciēdaꝫ uindictā i nationib⁹: i crepationes i populis. Ad aligādos reges eoruꝫ in compedibus et

nobis eorum̃ in manicis ferreis.
Ut faciant ineis iudicium conscri
tum: gloria hec ē omnibus sanctis
eius. Laudate dominũ in sanctis
ei⁹: laudate eũ ĩfirmamẽto uirtutis
eius. Laudate eum inuirtutibus
eius: laudate euz secunduz multitu
dinez magnitudinis eius. Lauda
te eum insono tube: laudate euz in
psalterio ⁊ cithara. Laudate cum
intimpano ⁊ choro: laudate eũ icor
dis ⁊ organo. Laudate euz i ciba
lis benesonãtibus: laudate eũ icim
balis iubilatiõis: oĩs spirit⁹ laudet
dñz. añt. Oĩs spiritus laudet dñz.
℣. Audiui uocẽ decelo dicẽtẽ mihi
℟. Beati mortui q i dño moriunt̃.
adbñ. añt. Ego suz. psalmus
Benedictus dñus deus israel
quia uisitauit ⁊ fecit redẽptio
nem plebis sue. Et erexit cornu sa
lutis nobis: idomo dauid pueri sui
Sicut locutus est per os sanctorũ

qui a seculo sunt pphetarum eius. Salutē ex inimicis nostris: ꝛ dmanu omnium qui oderunt nos. Ad faciendā misericordiaꝫ cū patribus nostris: et memorari testamēti sui sancti. Iusiurandūꝫ quod iurauit ad abraaꝫ patreꝫ nr̄uꝫ: daturum se nobis. Ut sine timore demanu inimicorū nostrorū liberati: seruiam⁹ illi. In sanctitate ꝛ iustitia coram ipso: oībus dieb⁹ nr̄is. Et tu puer ppheta altissimi uocaberis: pibis. n. āte facieꝫ dn̄i parare uias ei⁹. Ad dādā sciētiā salutis plebi ei⁹: īremissionē peccatoruꝫ eoꝝ. Per uiscera misericordie dei nr̄i: inqb⁹ uisitauit nos oriēs exalto. Illuminare his q ītenebris ꝛ i umbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes nr̄os in uiā pacis. añ. Ego suꝫ resurrectio et uita q credit i me etiā si mortu⁹ fuerit uiuet ꝛ oīs q uiuet et credit i me non morief ieternū. Pater nr̄. Secreto.

℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libe
ra nos a malo. ps. De profũdis. ℣.
A porta iferi. ℟. Erue domine ani
mas eorum. ℣. Requiescant i pace.
℟. Amen. ℣. Dñe exaudi oratione3. ℟.
Et clamor me. ℣. Dñs nobiscu3. ℟.
Et cum spiritu tuo. oratio.
DEus qui inter apostolicos sa
cerdotes famulos tuos pon
tificali seu sacerdotali fecisti digni
tate uigere: psta q̃sumus: ut eorum
quoq3 ppetuo agregent̃ consortio.
DEus uenie largitor ⁊ huma
ne salutis amator: q̃s clemé
tiã tuã: ut nr̃e cõgregationis frates
ppiquos ⁊ benefactores nr̃os q ex
hoc seculo transierũt: beata maria
semp uirgine itercedéte cũ oĩb⁹ san
ctis tuis: ad ppetue beati tudinis
cõsortiũ puenire cõcedas. orõ
FIdeliũ de⁹ oiu3 cõditor ⁊ re
déptor aib⁹ famulorũ famu
larũq3 tuarum remissioné cũctorũ

tribue peccatorum: vt indulgentiā quam semper optauerunt pijs sup plicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cū deo patre in unitate spiritus sancti deus: per oia secula seculorū Amē. ℣ Requiē eternā dōa eis dñe. ℟ Et lux ppetua luceat eis: ℣ Requiescāt i pace. Amez.

Absolue quesumus dñe oro animas famulorum famularūmqz tuarū: vt defūcti seculo tibi uiuant: & que per fragilitatez mundane conuersationis peccata cōmiserūt: tu uenia misericordissime pietatis absterge. Per christuz dominum nostrum. ℟ Amen.

Incipit officiuū paruulorū puerorū: quādo puer extraitur dicit. aīt. Sit nomen domini benedictum ex hoc nūc & usqz iseculū. ps. Laudate pueri. Cum. Gloria. Et repetit aīt. Sit nomen dñi benedictuz. ℣ Hic accipiet benedictionez a dño.

℟. Et misricordiam a deo salutari
suo. Kyrieleison. Christeleison. ky
rieleison. Pater noster. ℣. Et ne
nos inducas intemptationem. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣. Me au
tem propter innocentiaꝫ suscepisti
℟. Et confirmasti me in conspectu
tuo in eternum. ℣ Domine exaudi
orationem meā. ℟ Et clamor meꝰ
ad te ueniat. ℣ Dominus uobis-
cum. ℟. Et cū spiritu tuo. orō.

OMnipotēs et mitissime deus
qui omnibus paruulis rena-
tis fonte baptismatis dū migrant
a seculo sine ullis eorꝫ meritis ui
tā largiris eternam: sicut aīeꝰ huius
paruuli vel paruule credimus te fe
cisse. Fac nos q̄sumꝰ ꝑ intercessionē
beate marie semꝑ uirginis: ⁊ oīum
electorū tuorꝫ hic purificatis tibi
mētibus famulari ⁊ ī paradiso bea
tis paruulis ꝑhēniter sociari. ꝑ xp̄ꝫ
dn̄ꝫ nostrum. ℟ Amen. añt. Iuue

nes ⁊ uirgines. ps. Laudate dñm
de ce. Cum Gloria. añt. Juuenes
⁊ uirgines senes cuȝ iunioribꝰ lau
date dñȝ de celis. Kyrieleison. Xpel
kyriel. ℣. Sinite paruulos uenire
ad me. ℞. Taliuȝ est enim regnũ ce-
lorũ. ℣. Dñe exau. ℞. Et clamor. ℣.
Dñs nobis cũ. ℞. Et cũ. oro.

Omnipotes sempiterne deus
scẽ puritatis amator: qui aiaȝ
huius paruuli ad celorũ regnũ ho
die misericorditer uocare dignatus
es: digneris etiam te nobis miseri-
corditer agnoscere: vt meritis tue
sanctissime passionis i eodeȝ regno
nos cũ oibus sanctis ⁊ electis tuis
semper facias congaudere. Qui ui
uis ⁊ regnas i secula seculorũ Am.
añt. Bñdicite dñȝ. ps. Benedicite
omnia opa domini dño. Cũ Glo-
ria patri. añt. Benedicite dominũ
omnes electi eius: agite diẽ letitie:
⁊ confitemini illi. ℞. Amen.

Incipiũt septẽ psalmi penitẽtiales

añt. Ne r̃miniscaris dñe.



Domine ne in furore tuo arguas m̃:neqꝫ i ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ ifirm⁹ sũ:sana me dñe quoniã cõturbata sũt ossa mea Et anima mea turbata est ualde: sed tu domine usqꝫ quo. Conuertere dñe ⁊ eripe animaꝫ meã: saluũ me fac propter misericordiã tuam. Quoniaꝫ non est in morte qui memor sit tui:in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi. Laboraui i gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectuꝫ meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: iueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui opamini iniqtatem:quoniam exaudiuit domin⁹ uoceꝫ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meã: dñs orationẽ

meã suscepit. Erubescant ⁊ cõturbenẽ uehementer oẽs inimici mei: cõuertãtur et erubescãt ualde velociter. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiri. Sicut erat ĩ principio. psalmus.

Beati quoruz remisse sunt iniquitates: ⁊ quorũ tecta sunt peccata. Beatus uir cui non iputauit dñs peccatũ: nec est ĩ spiritu ei⁹ dolus. Quoniã tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniã die ac nocte grauata ẽ super me manus tua: cõuersus suz in erũnpna mea duz configitur spina. Delictuz meũ cognituz tibi feci: et iniustitiam meã non abscondi. Dixi confitebor aduersum me in iustitiaz meaz dño: ⁊ tu remisisti impietatez peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus ĩ tẽpore opportuno. Uerũtamen ĩ diluuio aquaruz multarũ: ad euz nõ approximabunt. Tu es refugiuz meũ a tribu

latione: que circũdedit me exulta-
tio mea erue me a circũdãtibus me
Intellectum tibi dabo ⁊ istruaȝ te
in uia hac qua gradieris: firmabo
super te oculos meos. Nolite fieri
sicut equus ⁊ mulus: i quibus non
est intellectus. In chamo et freno
maxillas eorũ cõstringe: qui nõ ap
proximãt ad te. Multa flagella pec
catoris: sperantes autem i domino
misericordia circũdabit. Letami-
ni in domino ⁊ exultate iusti: ⁊ glo
riamini omnes recti corde. Gloria
patri et filio ⁊ spiritui sãcto. Sicut
erat i principio. psalmus.
Domine ne ifurore tuo argu-
as me: neqȝ i ira tua corripias
me. Quoniã sagipte tue ifixe sunt
mihi: ⁊ cõfirmasti super me manuȝ
tuaȝ. Nõ est sanitas i carne mea a
facie ire tue. nõ est pax ossibus me-
is a facie peccatoruȝ meorũ. Quo
niaȝ iniquitates mee sup gresse sũt

caput meũ ⁊ sicut hon⁹ graue gra
uate sunt sup me. Putruerũt ⁊ cor
rupte sunt cicatrices mee a facie in
sipientie mee. Miser factus sum ⁊
curuatus suꝫ usqꝫ in finem: tota die
cõtristatus ingrediebar. Quoniã
lumbi mei ĩpleti sunt illusionibus
⁊ nõ ẽ sanitas ĩ carne mea. Afflic-
tus suꝫ ⁊ humiliatus suꝫ nimis ru-
giebaꝫ a gemitu cordis mei. Dñe
ãte te omne ꝺsideriũ meũ ⁊ gemit⁹
meus: ad te nõ ẽ abscõditus. Cor
meũ ꝯturbatũ ẽ ĩ me: dereliquit me
uirt⁹ mea ⁊ lumẽ oculorũ meorũ et
ipꝫ nõ ẽ mecũ. Amici mei ⁊ ꝓximi
mei ad uersuꝫ me apropinquauerũt
⁊ steterũt. Et q iuxta me erãt ꝺlon
ge steterũt: ⁊ uiꝫ faciebãt q q̃rebãt
aĩaꝫ meã. Et q ĩquirebãt mala mi
hi: locuti sunt uanitates ⁊ dolos to
ta die meditabãt̃. Ego autẽ tãquã
surd⁹ nõ audiebã: ⁊ sicut mut⁹ non
aperiens os suuꝫ. Et factus sum

sicut homo nō audiēs:⁊ nō habens
in ore suo redargutiones. Quoniā
in te dn̄e speraui:tu exaudies me dn̄e
deus meꝰ. Quia dixi nequando su
per gaudeāt mihi inimici mei:⁊ dū
cōmouētur pedes mei sup me ma
gna locuti sunt. Quoniaꝫ ego i fla
gella paratus suꝫ:⁊ dolor meus in
conspectu meo semper. Quoniam
iniquitatem meā annunciabo: ⁊ co
gitabo pro peccato meo. Inimici
autē mei uiuunt: et cōfirmati sunt
super me. ⁊ multiplicati sunt q ode
runt me inique. Qui retribuūt ma
la pro bonis detrahebant mihi:quo
niam sequebar bonitateꝫ. Ne dere
linquas me domine deus meus:ne
discesseris a me. Intēde ī adiuto
riuꝫ meū: domine deꝰ salutis mee.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritu. Si
cut erat ī principio. psalmus.

Miserere mei deꝰ:secūndū ma
gnaꝫ misericordiaꝫ tuā. Et

secundum multitudinez miseratio-
num tuarũ dele iniquitatem meaz
Amplius laua me ab iniquitate
mea: ⁊ a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meaz ego
cognosco: ⁊ peccatum meũ contra
me est semper. Tibi soli peccaui ⁊
malum coram ⁊ feci: ut iustificeris
in sermonibus tuis et uincas cum
iudicaris. Ecce eniz iniquitatibus
conceptus sum: ⁊ in peccatis conce
pit me mater mea. Ecce enim ue
ritatem dilexisti: incerta et occulta
sapiẽtie tue manifestasti mihi As-
perges me dñe isopo et mundabor:
lauabis me ⁊ sup niuez dealbabor
Auditui meo dabis gaudiũ ⁊ leti-
tiam: ⁊ exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciẽ tuã a peccatis meis:
⁊ oẽs iniquitates meas dele. Cor
mundũ crea i me deus: ⁊ spiritũ rec
tuz innoua in uisceribus meis. Ne
proiicias me a facie tua: ⁊ spiritũ san

ctuz tuū ne auferas a me. Redde mihi letitiaz salutaris tui: ⁊ spiritu principali ꝯfirma me. Docebo ini quos uias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee et exultabit lingua mea iustitiaz tuā. Domine labia mea aperies: ⁊ os meuz annuntiabit laudem tuam. Quoniaz si uoluisses sacrificiuz dedissez utiqꝫ holocaustis nō delectaberis Sacrificium deo spiritus cōtribulatus: coꝛ contritum ⁊ humiliatuz: deus non despicies. Benigne fac in bona uolūtate tua syon: vt hedificentur muri hierusalez. Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes ⁊ holocausta: tunc imponet super altare tuū uitulos. Gloria patri ⁊ filio. Sicut eꝛat. psalm⁹.

DOmine exaudi oꝛationē meā ⁊ clamoꝛ meus ad te ueniat. Non aduertas faciez tuaz a me in

quacunq3 die tribulor: iclina ad me aurem tuaz. In quacūq3 die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus suz vt fenū et aruit cor meuz: qr oblit9 suz cōmedere pané meuz. A uoce gemit9 mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus suz pellicano solitudinis: fact9 suz sicut nycticorax i domicilio. Vigilaui et fact9 suz sicut passer solitarius i tecto. Tota die exprobabāt mihi inimici mei: et q laudabāt me aduersum me iurabāt. Quia cineré tanquaz panez manducabā: et poculū meuz cuz fletu miscebam. A facie ire idignatiōis tue: qr eleuās allixisti me Dies mei sicut ūbra dclinauerūt: et ego sicut fenū arui. Tu autez domine in eternum permanes et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exurges domine

miserebcris syon: qꝛ tempus mise-
rendi eius quia uenit tēpus. Quo
niam placuerūt seruis tuis lapides
eius: ⁊ terre eius miserebūtur. Et
timebunt gentes nomen tuuz dñe:
⁊ oēs reges terre gloriā tuā. Quia
hedificauit dñs syon: et uidebiť in
gloria sua. Respexit i oratione hu
miliuz: ⁊ nō sprevit preces coruz.
Scribantur hec in generatione al-
tera: ⁊ populus qui creabitur lau-
dabit dominum. Quia prospexit
de excelso sancto suo: dominus de-
celo i terrā aspexit. Ut audiret ge-
mitus compeditorum: vt solueret
filios interemptorū. Ut annūtiēt
in syon nomē domini: ⁊ laudē eius
in ierusalem. In conueniendo po
pulos in unum: ⁊ reges ut seruiant
domino. Respondit ei in uia uirtu
tis: sue paucitatē dierū meorū nun
tia mihi. Ne reuoces me i dimidio
dierū meorū: i generatiōe ⁊ genera

tionē anni tui. Initio tu dñe terrā
fūdasti: ⁊ opa manuū tuaꝝ sūt celi.
Ipsi pibūt tu autē pmanes: ⁊ oēs
sicut uestimētū ueterascēt. Et sicut
optoriū mutabis eos ⁊ mutabunt:
tu autē idez ipse ē ⁊ ãni tui nō dfici-
ent. Filij seruorū tuorum habita
būt: ⁊ semen eorū isecculū dirigetur
De profūdis clamaui adte dñe
dñe exaudi uocē meā. Fiāt
aures tue itendētes: i uocem depca
tionis mee. Si iniqtates obseruaue
ris dñe: dñe qs substinebit. Quia
apud te ppitiatio ē: ⁊ ppt legē tuaz
sustinuit te dñe. Sustiuit aia mā i vbo ei⁹
i dño. A custodia mactutina usq3 spauit
ad noctez: speret israel i dño. Quia aiam
apud dñm misericordia et copiosa
apud euz redētio. Et ipse redimet
israel exōibus iniqtatib⁹ ei⁹. Glo.
Domine exaudi oronez meaz
aurib⁹ pcipe obsecrationem
meā. In ueritate tua exaudi me in

tua iustitia. Et nō ītres ī iudiciū
cū seruo tuo q2 nō iustificabitur in
cōspectu tuo oīs uiuens. Quia pse
cutus est inimic⁹ aīaʒ meā: humilia
uit ī terra uitā meam. Collocauit
me ī obscuris sicut mortuos seculi
et anxiatus ē sup me spiritus me⁹:
in me turbatū ē cor meuʒ. Memor
fui dieꝝ antiquorū meditat⁹ suʒ in
oībus opib⁹ tuis: ꝛ ī factis manuū
tuarū meditabor. Expādi manus
meas ad te aīa mea: sicut terra sine
aqua tibi. Velocit exaudi me dn̄e
defecit spiritus meus. Non auer
tas faciē tuaʒ a me: ꝛ similis ero de
scendētibus ī lacuʒ. Auditā fac mi
hi mane misericordiā tuā q2 ī te spe
raui. Notā fac mihi uiaʒ ī qua am
bulē. q2 ad te leuaui aīaʒ meā. Eri
pe me ꝺ inimicis meis domine: ad
te cōfugi doce me facere uolūtateʒ
tuaʒ: q2 deus meus es tu. Spirit⁹
tuus bonus deducet me ī terraʒ re
ctaʒ: propter nomen tuuʒ dn̄e uiui

ficabis me iequitate tua. Et duces de tribulatione aiaz meam: et in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et pdes omnes qui tribulant animã meaz: quoniã ego seru' tuus sum. Gloria patri. añt.

Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentũ nostrorum: neqz uindictaz sũmas de peccatis nostris.

Kyrieleyson. Xpeleisõ. Christe audi no. Xpe exaudi nos

Pater decelis de' miserere nobis.
Filij redéptor mũdi de' mise. no.
Spiritus scé deus misereř nobis.
Scã trinitas unus deus miseř. no.

Sancta maria ora pro no.
Sancta dei genitrix ora pro no.
Scã uirgo uirginũ ora pro no.
Sancte mihael. ora pro no.
Sancte gabriel. ora pro no.
Sancte raphael. ora pro no.
Oés sci ãgeli et archãgeli orãt p no
Oés sci beatorũ spũ ordines orãt p

Scé iohãnes baptista ora ꝓ no.
Oés sci patriarche ⁊ ꝓphete orã
Sancte petre ora pro no.
Sancte paule ora pro no.
Sancte andrea ora pro no.
Sancte iacobe ora pro no.
Sancte iohannes ora pro no:
Sancte thoma ora pro no.
Sancte iacobe ora pro no.
Sancte philippe ora pro no..
Sancte bartholomee ora ꝓ no.
Sancte mathee ora pro no.
Sancte symon ora pro no.
Sancte thadee ora pro no.
Scancte mathia ora pro no.
Sancte barnaba ora pro no.
Sancte luca ora pro no.
Sancte marce ora por no.
Oés sci apostoli ⁊ euãgeliste orã.
Oés sci dicipuli dñi orã pro no.
Oés sci innocétes orã pro no.
Sancte stephane ora pro no.
Sancte laurenti ora pro no.

Scancte uincenti: ora pro no.
Sancte fabiane ora pro no.
Sancte ſtephane ora oro no.
Sci iohāne et paule ora pro no.
Sci geruaſi ⁊ protaſi ora pro no.
Sci coſma ⁊ damiāe ora pro no.
Sancte alexander ora pro no.
Sancte donate ora pro no:
Sancte minias ora pro no.
Omnes ſci martyres ora pro no.
Sancte ſilueſter ora pro no.
Sancte gregorij ora pro no.
Sancte hylari. ora pro no.
Sancte martine ora pro no.
Sancte auguſtine ora pro no.
Sancte ambroſi ora pro no.
Sancte ieronyme ora pro no.
Sancte nicholae ora pro no.
Sancte zenobi ora pro no.
Omnes ſancti pontifices ⁊ confeſ
ſores orate pro nobis.
Oēs ſci doctores orate pro no.
Sancte benedicte ora pro no.

Sancte antoni. ora poro no.
Sancte dominice ora pro no..
Sancte romualde ora pro no.
Oẽs sci mõaci ⁊ hermite ora p ñ.
Oẽs sci sacerdotes ⁊ leuite ora.
Scã maria magdalena ora p nos
Sancta agnes ora pro no.
Sancta lucia ora pro no.
Sancta cecilia ora pro no.
Sancta agatha ora pro no.
Sancta catherina ora pro no.
Sancta clara ora pro no.
Sancta barbara ora pro no.
Sancta brigiba ora pro no.
Oẽs scẽ ṽgines ⁊ uidue orat p ñ.
Oẽs sci ⁊ scẽ dei:itercedite p nobis
Propiti⁹ esto:parce nobis domine.
Propiti⁹ esto: exaudi nos domine
Ab omni malo:libera nos domie
Ab omni peccato:libera nos dñe.
Ab ira tua:libera nos domine.
A subitanea ⁊ in prouisa morte: libera nos domine.

Ab ira ꝛ odio ꝛ omni mala uolū-
tate:libera nos domine.
A spiritu fornicationis : libera
nos domine.
A fulgur̄ ꝛ tēpestate:lib. nos dn̄e.
A morte ꝑpetua : libera nos dn̄e.
Per mysterium sancte incarnatio-
nis tue:libera nos domine.
Per aduentū tuū: libera nos dn̄e.
Per natiuitatē tuaꝫ:libe.nos dn̄e.
Per baptismuꝫ et sanctuꝫ ieiuniuꝫ
tuum:libera nos domine.
Per crucem ꝛ passionem tuam : li-
bera nos domine.
Per mortem et sepulturam tuaꝫ:
libera nos domine.
Per sanctam resurectionem tuaꝫ:
libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tu-
am:libera nos domine.
Per ad uentum spiritus sancti pa-
racliti:libera nos domine.
Ab īsidijs diaboli:libera nos dn̄e.

In die iudicij:libera nos domine.
Peccatores: te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis parcas:te rogam⁹ au.ñ
Ut nobis īdulgeas:te rogam⁹ au
Ut ad uerā penitētiā nos ꝑducere digneris: te rogamus audi nos:
Ut eclesiā tuā scā regere ⁊ conseruare digneris:te rogam⁹ audi ñ
Ut domnū apostolicum ⁊ omnes ecclesiasticos ordines ī sancta religione cōseruare digneris: te rogamus audi nos.
Ut inimicos scē ecclesie humiliare digneris:te rogam⁹ audi nos.
Ut regib⁹ et pricipib⁹ christianis pacem et ueraꝫ cōcordiā donare dignieris:te rogamus audi nos
Ut cūcto populo christiano pacē ⁊ unitateꝫ largire digneris:te rogamus audi nos.
Ut nos metipsos in tuo sancto seruitio confortare ⁊ conseruare digneris:te rogamus audi nos.

Ut mentes nostras ad celestia de-
sideria erigas: te rogam⁹ au. nos

Ut omnibus benefactoribus no-
stri sẽpiterna bona retribuas:
te rogamus audi nos.

Ut aīas nostras fratrũ ꝓpīquorũ
⁊ benefactorũ nostroꝝ ab eterna
dãnaptiõe eripias: te ro. audiñ.

Ut fructus terre dare ⁊ cõseruare
digneris: te rogamus audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis
requiem eternam donare digne-
ris: te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris: te ro-
gamus audi nos.

Agnus dei qui tollis peccata mũ-
di parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata mũ-
di: exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mũ-
di miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi
nos. Kyrieleyson. Christeleysõ. Ky-

gi.

rieleyső. Pater noster. Et ne nos inducas in tēptationez: Sed libera nos a malo. psalmus.

DEus in adiutoriū meuz itende. Domine ad adiuuanduz me festina. Confundantur ꝛ reuereantur: qui querunt animaz meaz Aduertantur retrorsum ꝛ erubescant q uolunt mihi mala. Auertantur statiz erubescētes: qui dicūt mihi euge euge. Exultent et letentur i te omnes q querunt te: ꝛ dicāt semper magnificetur dn̄s: qui diligūt salutare tuū. Ego uero egenꝰ ꝛ pauper suz: deꝰ adiuua me. Adiutor meus ꝛ liberator meus es tu dn̄e ne memoreris. Gloria patri.

℣ Saluos fac seruos tuos ꝛ ancillas tuas: ℟ Deꝰ meꝰ sperātes in te ℣ Esto nobis dn̄e turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. Nihil ꝓficiat inimicus i nobis. Et filiuſ iniquitatis nō apponat nocer̄ nobis. ℣ Do

mine nō secūdū peccata nostra fa
cias nobis. ℟ Neqȝ secundū iniqui
tates nostras retribuas nobis. ℣.
Oremus ꝓ pontifice nostro. ℟ Do
minus ꝯseruet eū ⁊ viuificet eum: ⁊
beatuȝ faciat euȝ: i terra ⁊ non tra
dat eum i animaȝ inimicoruȝ eius.
℣ Orem⁹ ꝓ benefactorib⁹ nostris.
℟ Retribuere dignare domine de⁹
oībus nobis bona facientibus pro
pter nomen sanctū tuū uitā eternā
℣ Orem⁹ ꝓ fidelib⁹ defūctis. ℟ Re
qeȝ eternā dona eis dn̄e ⁊ lux ꝑpe
tua luceat eis. ℣ Reqescāt i pace. ℟
Amen. Pro fratrib⁹ nostris absen
tib⁹. ℟ Saluos fac seruos tuos et
de⁹ me⁹ sperātes in te. ℣ Mitte eis
dn̄e auxiliū de scō. ℟ Et ƀ syon tue
re eos. ℣ Dn̄e exaudi orōneȝ meā.
℟ Et clamor me⁹ ad te ueniat. Oro

Deus cui propriū est misereri
semꝑ ⁊ parcere: suscipe ƀpre
catione nostrā: vt nos ⁊ oēs famu

los tuos: quos delictorū cathena constringit: miseratio tue pietatis absoluat. alia oratio.

Exaudi quesum⁹ domine supplicum preces et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benign⁹ ꝛ pacē.

Ineffabilē nobis dn̄e. orō. misericordiā tuam clementer ostende: vt simul nos et a peccatis omnib⁹ exuas: ꝛ a penis quas pro his meremur eripias. orō.

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris p̄ces populi tui supplicātis: ꝓpiti⁹ respice ꝛ flagella tue iracundie que ꝑ peccatis nostris meremur a uerte. orō.

Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo archiepiscopo nostro: ꝛ dirige euꝫ secunduꝫ tuā clemētiā i uiā salutis eterne: ut te donante tibi placita cupiat: vt tota uirtute perficiat. alia oratio

51

DEus aq̄uo sancta ꝺ̄sideria re
cta ꝯsilia ⁊ iusta sūt opa da ser
uis tuis illā quā mundus dare non
potest pacē ut ⁊ corda nostra man-
datis tuis dedita: ⁊ hostiū sub lata
formidine tempora sint tua propte
ctione tranquilla. alia oratio

URe igne sancti spiritus renes
nostros ⁊ cor nostrum domi
ne: vt tibi casto corpore seruiamus
⁊ mūdo corde placeam⁹. alia oro.

FIdelium deus omniū cōditor
⁊ redēptor animabus famu-
lorū famularūq; tuarū remissionē
cūctorū tribue peccatorum ut indul
gētiaz quaz semp optauerunt pijs
supplicationibus cōsequant oro

ACtiones nostras quesumus
domine aspirando preueni ⁊
adiuuando prosequere: vt cuncta
nostra oratio et operatio a te semp
incipiat ⁊ p te cepta finiatur.

OMnipotēs sēpiterne de⁹ oro

qui uiuorũ dominaris simul ⁊ mor
tuorum: omniũqꝫ misereris quos
tuos fide et ope futuros esse pre-
noscis te suppliciter exoramus ut pro
quibus effundere preces decreui-
mus quosqꝫ uel presens seculuꝫ ad
huc in carne retinet uel futurũ iam
exutos corpore suscepit: intercedẽ
tibus omnibus sanctis tuis pieta-
tis tue clementia omniũ delictoruꝫ
suorum ueniaꝫ consequantur. Per
dominum nostrum Jesum christũ
℣ Dñe exaudi orationẽ meã ℟ Et
clamor me⁹ ad te ueniat. ℣ Ex rau
diat nos oipotẽs ⁊ misericors dñs.

Incominciono e psalmi gradi.

AD dominũ cuꝫ tribularer
clamaui: ⁊ exaudiuit me.
Domine libera animam
meam a labijs iniquis: ⁊
a lingua dolosa. Quid detur tibi
aut quid apponatur tibi ad linguã
dolosam. Sagipte potentis acute

cũz carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatũs meus prolongatus est: habitaui cũm habitantibus cedar: multũ icola fuit aĩa mea. Cũ hijs q oderũt pacẽ eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. Non dicitur. Gl'a

Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxilium mihi. Auxilium meum a domino: q fecit celum ⁊ terram. Non det i cõmotionẽ pedem tuum: neq3 dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neque dormiet: qui custodit israel. Dominus custodi te dominus protectio tua: super manuz dexteram tuam. Perdiẽ sol non uret te: neq3 luna per noctem. Dominꝰ custodit te ab omni malo: custodiat animaz tuam dominꝰ. Dominus custodiat introitũ tuũ et exitũ tuũ: ex hoc nunc ⁊ usq3 in seculuz. Non dicit. Gloria. Neq3 ℞ equiẽ. ps.

Letatũs sum in his que dicta sunt mihi: i domũ dñi ibim⁹.
Stãtes erãt pedes nostri: in atrijs tuis hierusalez. Ierusalem que hedificatur ut ciuitas cuius participatio eius i idipsum. Illuc enim ascẽderunt tribus tribus dñi testimoniũ israel: ad cõfitẽduz nomini dñi
Quia illic sederũt sedes i iudicio: sedes super domũ dauid. Rogate q̃ue ad pacez sunt hierusalẽ: ꝛ abũdãtia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua: ꝛ abũdantia i turribus tuis. Propter frates meos ꝛ proximos meos loquebar pacem dete
Propter domũ dñi di nostri q̃siui bõa tibi. Nõdicit. Glĩa neq3 R egẽ
Ad te leuaui oculos meos q habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibus d ñoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ãcille i manib⁹ dñe sue: ita oculi nostri ad dñz deũ nostrũ: donec misereat̃ nostri. Mi

serere nostri dñe misereř nostri: qꝛ multuz repleti sumus despectione. Q uia multũ repleta est aĩa nostra opprobriũ abũdãtibꝰ et despectio superbis. Non dicitur Gloria: nec Requiem. psalmus.

N Isi qꝛ dñs erat i nobis dicat nũc israel: nisi qꝛ dñs erat in nobis. C uz exurgeret homines i nos: forte uiuos deglutissent nos. C uz irasceretur furor eoruz i nos: forsitã aqua absorbuisset nos. T orrentez pertrãsiuit aĩa nostra: forsitã ꝑ trãsisset aĩa nostra: aquaz itollerabilez. B enedictus dñs qui non dedit nos: ĩ captionem dẽtibus eorũ. A nima nostra sicut passer: erepta est de laqueo ucnantium. L aqueꝰ cõtritus est: ⁊ nos liberati sumus. A diutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celuz ⁊ terrã. R eqez eternã dona eis dñe. E t lux ꝑpetua luceat eis. P ater noster.

Secreto flexis genib⁹. ℣ Et ne nos īducas ītemptationē. ℟ Sed libe ra nos amalo. ℣ A porta inferi. ℟ Erue dñe animas eorū. ℣ Requie scant ipace. ℟ Amē. ℣ Domine ex audi orationē meā. ℟ Et clamor meus ad te ueniat. Orem⁹. Oro.

Absolue quesumus domine animas famulorum famula rūqꝫ tuarū: ⁊ omnium fidelium de functorū ab omni vinculo delicto rū: vt in resurrectionis gloria iter sāctos et electos tuos resuscitati re spirent. Per christum dominū no strum. Amen. Salmi semper dñr sedendo orationes vero ⁊ versi fle xis genibus. psalmus.

Qui confidunt indomino sicut mons syon: non cōmouebit in eternum qui habitat ī hierusalē Montes in circuitu eius ⁊ domin⁹ incircuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculū. Quia non relinquet

dominūs uirgam peccatorum sup
sortem iustorum: vt non extendant
iusti ad iniquitatem manus suas.
Bene fac domine bonis et rectis
corde. Declinantes autem in obli
gationes adducet dominus cū ope
rantibus iniquitatem: pax super is
drael. Gloria patri. psalmus
In conuertendo dominus cap
tiuitatem syon: facti sumus si
cut cōsolati. Tunc repletū est gau
dio os nostrū: ⁊ lingua nostra i exul
tatione. Tunc dicet iter gētes ma
gnificauit dominus facere cuz eis.
Magnificauit dominus facere no
biscum: facti sumus letātes. Con
uertere dñe captiuitatē nostram: si
cut torrēs i austro. Qui seminānt in
lachrymis: in exultatione metent.
Euntes ibāt ⁊ flebant mictētes se
mina sua. Uenietēs autem ueniēt
cum exultatione portātes manipu
los suos. Gloria. patri. psalm⁹.

Nisi dominꝰ hedificauerit do-
minum: ī uanuz laborauerūt
qui hedificāt eam. Nisi dominus
custodierit ciuitatē: frustra uigilat
qui custodit eam. Vanū est uobis
ante lucem surgere: surgite posquā
sederitis qui manducatis panē do
loris. Cum dederit dilectis suis
sompnum: ecce hereditas domini:
filij merces fructus uentris. Si-
cut sagitte in manu potentis ita fi
lij excussorum. Beatus uir qui im
pleuit desiderium suuz exipsis: nō
cōfundetur cum loquetur inimicis
suis ī porta. Gloria patri. ps:
Beati omnes qui timēt domi-
num: q ambulant ī uijs eius.
Labores manuū tuaruz qꝛ mādu
cabis beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abūdans: ī la
teribus domus tue. Filij tui sicut
nouelle oliuarum: icircuitu mense
tue. Ecce sic benedicetur homo:
qui timet dominum.

55

Benedicat tibi dominus ex syon: et
uideas bona hierusalem omnibus
diebus uite tue. Et uideas filios
filiorum tuorum pacem sup israel.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
Sepe expugnauerunt me a iu-
uentute mea: dicat nunc israel
Sepe expugnauerunt me a iuuen-
tute mea etenim nõ potuerũt mihi.
Supra dorsum meũ fabricauerũt
peccatores: prolongauerũt iniqui-
tatem suam. Dñs iustus concidet
ceruices peccatorum cõfundantur:
et cõuertantur retrorsum omnes q
oderunt syon. Fiant sicut fenum
tectorum: quod priusquam euelatur
exaruit. De quo nõ iplebit manũ
suam qui metet: et sinum suum q ma-
nipulos colliget. Et nõ dixerunt q
preteribãt benedictio dñi sup nos:
benediximus uobis i nomine dñi.
Gloria patri Flexis genibus.
Kirieleison. Christeleison. kirie

leison. ℣ Pater noster. ℟ Et ne nos inducas in temptationem. ℟ Sed libera. ℣ Memento congregationis tue. ℟ Quam possedisti ab initio. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oro.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos et omnes famulos tuos quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absolvat per christum dominum nostrum. Amen.

De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates observaveris domine: domine quis substinebit. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam substinui te domine. Substinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem: speret israel in domino

Quia apud dominũ misericordia ⁊ copiosa: apud eum redẽptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatib⁹ eius. Gloria pi. ps.

Domine non est exaltatuȝ cor meũ neqȝ elati sũt oculi mei. Neqȝ ambulaui in magnis: neqȝ inmirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut adblactat⁹ super matrem suam ita retributio i aĩa mea. Speret israel ĩ domino: ex hoc nũc ⁊ usqȝ i seculuȝ. Gloria

Memento domine dauid: ⁊ oĩs mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino: uotuȝ uouit deo iacob. Si introiero intabernaculuȝ domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero sompnũ oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationem. Et requieȝ temporibus meis: donec inueniam locuȝ domino: tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eum in effracta: in uenimus eum incāpis silue. In troibimus intabernaculum eius: adorabimus iloco ubi steterūt. pe des eius. Surge domine in requiē tuaz: tu es archa sāctificationis tue Sacerdotes tui induātur iustitiā: et sancti tui exultent. Propter da uid seruuz tuuz: nō aduertas faciē christi tui. Iurauit domin⁹ dauid ueritatem: ⁊ non frustabitur eum: de fructu uentris tui: ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentum meum ⁊ testimo nia mea: hec que docebo eos. Et filij eorum usq; in seculuz: sedebūt super sedem tuam. Quoniā elegit dominus sion: elegit eam in habita tionem sibi. Hec requies mea inse culum seculi: hic habitabo quoniā elegi eam. Viduā eius benedices benedicam: pauperes eius satura bo panib⁹. Sacerdotes eius iduā

salutari: ꝛ ſacti ei⁹ exultatione exul
tabunt. Illuc pꝛoducaꝫ coꝛnu da
uid: parauí lucernam chꝛiſto meo.
Inimicos eius induam cõfuſioné
ſuper ipſuꝫ auteꝫ ꝛ floꝛebit: ſantifi
catio mea. Gloꝛia patri et filio et
ſpiritui ſcõ. Sicut erat inpꝛicipio
ꝛ nũc ꝛ ſemꝑ ꝛ i ſecula ſeculoꝛũ. ps
Ecce quam bonum ꝛ quaꝫ io
cũduꝫ habitare frateſ i unuꝫ
Sicut vnguẽtum in capite: quod
deſcendit i barbaꝫ barbam aaron.
Quod deſcendit in oꝛam ueſtimen
ti eiuſ: ſicut ꝛos hermõ quod deſcẽ
dit i montem ſyon. Quoniam illic
mandauit dñs beneditioné: ꝛ uitã
vſqꝫ i ſeculũ. Gloꝛia patri ꝛ filio ꝛ
ſpiritui ſcõ. Sicut erat ipꝛicipio et
nũc ꝛ ſemꝑ ꝛ iſecula ſeculoꝛũ. Am̃.
Ecce nũc benedicite dñꝫ ps.
omnes ſerui dñi. Qui ſtatis
in domo dominiin: atrijs dom⁹ dei
noſtri. In noctib⁹ extollite man⁹

uestras i sancta: et benedicite dñz.
Benedicat tibi domi⁹ ex syon: qui fecit celum ⁊ terraz. Gloria patri
Flexis genibus. kyrieleison. Christeleison. kyrieleison. Pater noster
Secreto in sino. Et ne nos iducas i temptationem. ℟ Sed libera nos a malo. ℣ Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟ Deus meus sperātes i te. ℣ Dñe exaudi orationez meā. ℟ Et clamor me⁹ ad te uen. or.

Pretēde domine famulis ⁊ famulabus tuis: dexteraz celestis auxilij: ut te toto corde pquirāt et que digne postulāt consequi mereant: per christū dnm nostrū. amē.

Passio domini nostri iesu christi secundum Johannez.

In illo tēpore. Egressus ē iesus cuz discipulis suis trās torrētez cedron: ubi erat ortus in quē introiuit ipse ⁊ discipuli ei⁹. Sciebat

58

⁊ iudas qui tradebat eum locũ: q̄a
iesus frequenter ꝯuenerat illuc cuꝫ
discipulis suis. Judas ergo cuꝫ ac-
cepisset cohortē ⁊ a pōtificibꝰ ⁊ pha-
riseis ministros uenit illuc cuꝫ lan-
ternis ⁊ falcibꝰ ⁊ armis. Jesus itaqꝫ
sciēs oīa que uētura erāt super eū:
processit ⁊ dicit eis: ✠ Quem que-
ritis: C. Responderūt ei. S. Jesum
nazarenum. C. Dicit eis iesus. ✠
Ego suꝫ: C. Stabat autē ⁊ iudas
qui tradebat euꝫ cuꝫ ipsis. Ut ergo
dixit eis ego sum: abierunt retror-
sum: ⁊ ceciderunt in terram. Iteruꝫ
ergo interrogauit eos. ✠. Queꝫ q̄
ritis: C. Illi autē dixerunt S. Je-
sum nazarenū. C. Respondit iesus:
✠. Dixi uobis: quia ego sum. Si
ergo me queritis: sinite hos abire
C. Ut impleretur sermo quē dixit.
Quia quos dedisti mihi: non per-
didi ex eis quem quam. Simon er-
go petrus habēs gladiū eduxit eū

ꝛ percũssit pontificis seruũ: ꝛ absci
dit auriculã eius dexterã: erat au
tẽ nomen seruo malchus: dixit er
go iesus petro. ✠. Mitte gladiũ
in vaginam: calicẽ quẽ dedit mihi
pater nõ uis vt bibam illũ. C. Co
hors ergo ꝛ tribunus ꝛ ministri iu
deorũ comprehenderunt iesũ ꝛ li
gauerunt eũ: ꝛ adduxerũt eũ ad An
nã primũ: erat enĩ socer caiphe q
erat pontifex anni illius. Erat autẽ
caiphas qui cõsiliũ dederat iudeis
quia expedit unũ hominem mori p
populo: sequebatᷣ autẽ iesus symõ
petrus ꝛ alius discipulus: discipu
lus autem ille erat notus pontifici
ꝛ introiuit cũ iesu i atriũ põtificis
Petrus autẽ stabat ad hostiũ foris
Exiuit ergo discipulus alius q erat
notus põtifici: ꝛ dixit hostiarie: ꝛ in
troduxit petrum. Dixit ergo petro
ancilla hostiaria. S. Nũquid ꝛ tu
es ex discipulis hominis istius. C.

Dixit ille: S Nō sū. C Stabāt au-
tē serui ⁊ ministri ad prunas: q̄a fri-
g⁹ erat: ⁊ calefaciebāt se. Erat autē
cū eis petrus stans ⁊ calefaciens se.
Pontifex ergo īterrogauit iesū de
discipulis suis ⁊ de doctrina eius.
C Respōdit iesus ✠ Ego palā lo-
cutus sū mūdo. Ego sēper docui ī
synagoga ⁊ in tēplo: quo omnes iu-
dei ꝯueniūt. Et ī oculto locutus sū
nihil. Quid me īterrogas? Interro-
ga eos qui me audierunt: quid lo-
cutus sū ipsis. Ecce hi sciūt que di-
xerim ego. C Hec autē cū dixisset
unus assistens ministroꝝ dedit ala-
pā iesu dicēs. S Sic respōdes po-
pontifici? C Respondit ei iesus ✠
Si male locutus sū: testimoniū ꝑ-
hibet de malo. Sin autē bene. q̄d
m̄ cedis? C Et misit eū Annas liga-
tū ad cayphā pōtificē: Erat autē si-
mon petrus stās ⁊ calefaciēs se Di-
xerūt ergo ei. S Nun quid et tu ex-

discipulis eius es. C. Negauit ille
dixit S. Non sum. C. Dixit unus
ex seruis pontificis cognatus eius
cuius abscidit petrus auriculã. S
Non ego te uidi in orto cũ illo. C.
Iterũ negauit Petrus ⁊ statiz gal-
lus cantauit: Adducũt ergo Iesuz
ad Cayphaz inpretorium: Erat au
tem mane: ⁊ ipsi non introierunt in
pretorium vt non contaminarẽtur:
sed ut mãducarẽt pascha: Exiuit er
go Pilatus foras ⁊ dixit. S. Quam
accusationez affertis aduersus ho-
minem hunc? C Responderunt ⁊ di
xerunt ei. S. Si non esset hic male-
factor: non tibi tradidissemus eum
C Dixit ergo eis Pilatus S Acci-
pite eum uos: ⁊ secundum legem
uestram iudicate eum: C Dixerũt
ergo iudei S Nobis non licet inter
ficere quenquaz C. Ut ergo sermo
Iesu impleretur quem dixit: signifi
cans qua morte esset moriturus. In

60

troiuit ergo iteruz in pretoriuz Pi/
latus ⁊ uocauit Jesum ⁊ dixit ei S
Tu es rex iudeoruz. C. Respondit
Jesus. ✠ A te metipso hoc dicis an
alij tibi dixerunt de me. C. Respon
dit pilatus S Nūqd ego iudeus suz
gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt
te mihi. Quid fecisti? C. Respondit
Jesus. ✠ Regnum meūz nō est de
hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset
regnum meuz: ministri mei vtiqz de
certarēt ut nō traderer iudeis. Nūc
autem regnum meum non est hinc
C. Dixit itaqz ei Pilatus. S Ergo
rex es tu. C Respōdit. Jesus ✠ Tu
dicis quia rex sum ego. Ego in hoc
natus sum ⁊ ad hoc ueni. in mūduz
ut testimonium perhibeam verita/
ti. Omnis qui ex ueritate est: audit
meā uocē C Dicit ei Pilat⁹ S. Qđ
ē vitas C Et cū hoc audissz: iterz exiuit
ad eos ⁊ dixit eis S Ego nullā iuēio
i eo cāz Ē aūt ꝯsuetudo uob⁹ vt unū
diittā uobis i pascha Vultis ergo vt

dimictã uobis i pascha. Uultis ergo
ut dimictã uobis regẽ iudeorũ? C
Clamauerũt oẽs rursuz dicẽtes: S
Nõ hũc sed barabã. C Erat autẽ ba
rabas latro. Tunc ergo appreben-
dit pilatus iesũ ⁊ flagellauit: ⁊ mili-
tes plectentes coronã de spinis im
posuerũt capiti eius ⁊ ueste purpu
rea circũdederũt eũ. ⁊ ueniebãt ad-
euz: ⁊ dicebant. S Aue rex iudeoꝝ
C Et dabant ei alapas: exiuit iterũ
pilat⁹ foras ⁊ dicit eis. S. Ecce ad-
duco uobis eũ foras ut cognoscatis
quia nullã causam in eo inuenio. C
Exiuit ergo ies⁹ portãs coronaz spi
neaz et purpureũ uestimẽtũ: ⁊ dicit
eis. S Ecce homo. C Cum ergo ui
dissẽt euz põtifices ⁊ ministri: clama
bant dicentes. S Crucifige crucifi
ge euz. C Dicit eis pilatus. S Acci
pite euz uos ⁊ crucifigite ego enim
nõ iuenio in eum causam. C Respõ
derunt ei iudei. S. Nos legem ha-

bemūs: ⁊ secundum legem debet
mori. quia filium dei se fecit. C. Cū
ergo audisset pilatus hunc sermo-
nem magis timuit: ⁊ ingressus est
pretorium iterum ⁊ dicit ad iesum
S. Unde es tu. C. Jesus autem re-
spōsum nō dedit ei. C: dicit ergo ei
pilatus. S. Mihi non loqueris Ne
scis quia potestatem habeo crucifi-
gere te: ⁊ potestatem habeo dimit-
tere te. C. Respōdit iesus. ✠. Non
haberes potestatem aduersus me
ullam: nisi datum esset tibi desuper
propterea qui tradidit me tibi: ma-
ius peccatum habet. C. Et exinde
querebat. Pilat⁹ dimittere eū: iu-
dei ergo clamabāt dicentes. S. Si
hunc dimittis: non es amicus cesa-
ris. omnis enim qui se regem facit:
ꝯtradicit. Cesari. C. Pilatus ergo
cūm audisset hos sermones: ad du-
xit foras iesuz: ⁊ sedit pro tribuna-
li in loco qui dicitur licostratos he

braice aũtez gabatha: Erat aũt parasceue hora quasi sexta: ⁊ dicit iudeis ℟ Ecce rex uester ℭ Illi aũt clamabant ℭ. Tolle tolle crucifigge eum ℭ. Dicit eis Pilatus ℟ Regem uestrũ crucifigaz? ℭ Respõderunt põtifices ℭ Non habemus regem nisi Cesarem ℭ Tunc ergo tradidit eis illuz: ut crucifigeretur: Susceperũt autẽ iesum ⁊ eduxerunt. Et baiulãs sibi crucem: exiuit in eum qui dicit caluarie locus: hebraice autem golgota: ibi eum crucifixernt: ⁊ cuz eo alios duos hinc ⁊ hinc: Scripsit aũt tituluz Pilatus: ⁊ posuit super crucez: Erat autem scriptuz Jesus nazarenus rex iudeorum: Hunc ergo titulũ multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Jesus: Erat autẽ scriptuz hebraice: grece ⁊ latine: Dicebant ergo Pilato pontifices iudeorum. ℟. Noli scribere rex iudeorum sed

quia dixit rex sum iudeorum ℭ Respō
dit Pilatus 𝔖 Quod scripsi scripsi
ℭ Milites ergo cum crucifixissent eū
acceperunt uestimēta sua et fecerunt
quattuor partes vnicuiqz militi par
tem et tunicam: erat autem tunica
inconsutilis: desuper contexta per-
totum: dixerunt ergo adinuicem 𝔖
Nō scindamus ea: sed sortiamur ea
de cuius sit ℭ Ut scriptura implere
tur dicēs: partiti sūt uestimēta mea
sibi: et super vestem meam miserūt
sortem: et milites quidem hoc fece-
runt: Stabat autem iuxta crucē Je-
su mater eius: et soror matris eius
Maria cleophe: et Maria magdale
ne: cum uidisset ergo. Jesus matrē
et discipulū stātē quē diligebat dicit
matri sue ✠ Mulier ecce fili⁹ tu⁹. ℭ
Deide dicit discipulo ✠ Ecce mater
tua ℭ. Et ex illa hora accepit eā di
scipul⁹ i suā: Postea sciēs. Jes⁹: quia

iā oia ꝯsūata sūt: ut ꝯsūaret̃ cripẗa dicit ✠ sitio. C. uas ergo positū erat aceto plenū: Illi aūt spógiaꝫ aceto circūpoñtes obtulerūt ori eiꝰ: Cum ergo accepisset iesus acetum dixit ✠. Cōsumatuꝫ est. C. Et inclinato. capite tradidit spirituꝫ: Judei ergo cum parasceue: erat ut non remane- rent i cruce corpora sabbato: Erat enim magnus dies ille sabbati Ro gauerunt pilatuꝫ ut frangerēt eoꝝ crura ⁊ toller ētur: uenerūt ergo mi lites. et primi qdeꝫ fregerūt crura ⁊ alterius qui crucifixus est cuꝫ eo. Ad iesuꝫ auteꝫ cuꝫ uenissent: ⁊ uidi ssent euꝫ iaꝫ mortuuꝫ: non fregerūt eius crura: sed unus militum lācea latus eius aperuit ⁊ cōtinuo exiuit sāguis ⁊ aqua: Et qui uidit testimo niū ꝑhibuit: ⁊ ỽrū ē testiōiū eiꝰ: ⁊ il le scit qꝛ ỽa dicit ut ⁊ uos credatis fa cta sūt. n. hec ut scripẗa iplet̃ dicés. os ñ ꝯminuetis ex eo. ⁊ itū alia scrip- ẗa dicit uidbūt i qné transfixerunt.

POst hec autez rogauit pilatũ ioseph abarimathia eo quod esset discipulus iesu occultus autez propter metuz iudeorũ: vt tolleret corpus Jesu: ꝛ permisit pilatus. Venit ergo ꝛ tulit corpus eius. Venit autem ꝛ Nichodemus qui uenerat ad Jesum nocte primũ ferens mirre ꝛ aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus iesu ꝛ ligauerunt eum linteis cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat autez i loco ubi crucifixus est ortꝰ: ꝛ i ortu monumentum nouuz: iquo nondũ quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorũ: qꝛ iuxta erat monumentum posuerunt Jesum.

Initium sancti euãgelij secundũ Johannem.

IN principio erat uerbũ ꝛ uerbuz erat apud deum: et deus erat uerbum: hoc erat in principio

apud deuz. Omnia per ipsuz facta
sunt: et sine ipso factum est nichil.
Quod factum est in ipso uita erat
et uita erat lux hominum et lux in-
tenebris lucet et tenebre eaz nõ cõ
prehenderunt. Fuit homo missus
adeo cui nomẽ erat. Johãnes. Hic
uenit itestimoniuz ut testimonium
ꝑhiberet de lumine ut omnes cre-
derent per illuz. Non erat ille lux
sed ut testimonium perhiberet de-
lumine. Erat lux uera q̃ illuminat
omnez hominẽ uenientẽ i hũc mũ-
duz. In mundo erat et mundꝰ ꝑ ip-
suz factꝰ est: ⁊ mundꝰ euz nõ cogno-
uit. In ꝓpria uenit ⁊ sui euz nõ rece-
perunt. Quot quot autem recepe-
runt eũ ꝺdit eis potestatẽ filios di
fieri hijs q credunt i nomine eius.
qui non ex sanguinibꝰ neq3 ex uolũ-
tate carnis: neq3 ex uoluntate uiri.
sed ex deo nati sunt. Et uerbũ caro
factuz est ⁊ habitauit innobis. ⁊ ui-
dimꝰ gloriaz eiꝰ gloriã quasi unige

niti a patre plenũ gratie ⁊ veritatis.

Secundum matheum.

Cum natꝰ esset. Jesus i bethlẽ iude i diebꝰ herodis regis. ecce magi ab oriente venerũt ierosolimã dicẽtes. ubi est qui natus est rex iudeorũ? vidimus eni stellã eius in oriẽte: ⁊ venimꝰ cũ muneribꝰ adorare eũ. Audiens autẽ herodes rex turbatꝰ est. ⁊ oĩs ierosolima cũ illo et ꝯgregãs oẽs pricipes sacerdotũ et scribas populi. sciscitabat̃ ab eis ubi cristus nasceret̃. At illi dixerũt ei. In bethlẽ iude. Sic eni scriptũ est per ꝓphetã. Et tu bethlez terra iuda: nequaquã minima es in principibꝰ iuda. Ex te eni exiet dux: qui regat populũ meũ isdrael. Tũc herodes claꝫ vocatis magis: diligẽter didicit ab eis tẽpꝰ stelle que apparuit eis. Et mittẽs eos i bethlez dixit. Ite ⁊ interrogate diligẽter de puero: ⁊ cũ iuẽeritis r̃nũtiate mihi ut ⁊ ego

veniens adorem eum. Qui cum au
dissét regem abierunt: et ecce stella
quam uiderant in oriente antece e
bat eos usqz dum ueniens staret su
pra ubi erat puer: videntes autem
stellam gauisi sunt gaudio magno
ualde: ꝛ itrantes domū inuenerunt
puerū cuz maria matre eius: et pro
cidentes adorauerūt euz: ꝛ apertis
thesauris suis obtulerūt ei munera
aurū thus ꝛ mirram: ꝛ respōso ac-
cepto in sompnijs ne redirét ad he
rodem per aliam uiam reuersi sunt
in regionem suā. Secūdū Lucaz.

IN illo tempore. Missus ē an-
gelus gabriel i ciuitatez gali-
lee ad virginem desponsatam uiro
cui nomen erat ioseph de domo da
uid: ꝛ nomen virginis maria. Et in
gressus angel⁹ ad eā dixit: Aue gra
tia plena dominus tecū: benedicta
tu i mulieribus ꝛ benedictus fruc-
tus ventris tui. Que cum audisset

turbata est in sermone eiꝰ ⁊ cogita
bat qualis esset ista salutatio : ⁊ ait
angelꝰ ei . Ne timeas maria in ue-
nisti gratiam apud dominum. Ec
ce concipies ⁊ paries filium ⁊ uoca-
bis nomen eiꝰ iesuz: hic erit magnꝰ
⁊ filius altissimi uocabitur: ⁊ dabit
illi dominus deus sedez dauid pa-
tris eius ⁊ regnabit in domo iacob
in eternuz ⁊ regni eius nō erit finis.
Dixit autē maria ad āgeluz quo-
modo fiet istud quoniaz uiruz non
cognosco. ⁊ respondēs angelꝰ dixit
ei. Spiritus sanctus sup ueniet ite:
⁊ uirtus altissimi obūbrabit tibi.
Ideoqz ⁊ quod nascet̃ ex te sanctuz
uocabitur filius dei. Et ecce helisa
beth cognata tua. ⁊ ipsa concepit fi
lium in senetute sua. ⁊ hic mēsis est
sextus illi que uocat̃ sterilis quia
nō erit impossibile apud dn̄ū omne
uerbuz. Dixit autez maria. Ecce an
cilla dn̄i fiat mihi secūdū. vbū tuū.

Secundū Matheū.

In illo tempore. Recumbenti-
bus undecim discipulis ap-
paruit illis. Jesus: ⁊ exprobauit il-
lis incredulitatem illorum ⁊ duri-
tiam cordis: quia his qui uiderant
eum resurressisse a mortuis non cre-
diderāt. ⁊ dixit illis. euntes in mū-
dū uniuersuz p̄dicate euāgeliū om-
ni creature. Qui crediderit ⁊ batiza-
tus fuerit saluus erit. Qui uero nō
crediderit condennabitur. Signa
autez quis crediderit hec sequent̄.
In nomine meo dmonia eicient. li-
guis loquent̄ nouis. serpentes tolēt
⁊ si mortiferum qd biberint nō eis
nocebit. Sup egros manus iponent
et bene habebunt: ⁊ dominus qdem.
iesus postq̄ locutus ē eis asupintus
est in celuz: ⁊ sedet a dextris di. Illi
aūt pfecti p̄dicauerūt ubiqz dño
cooperante: ⁊ sermonē confirman-
